Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

N:2346.



M. Tuscher fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

=LN 1016
ex. 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

RAM

DEF
T

CONT
GII LI
LVMNIAS
OCTO
ACRO
A

DETEGVN
PANTVR L

RAMVS A
EX SENT
AEQVISSIMAR
STICIAE, S
PRON

CAVSS
ANDREA
PEN

BA
PER SEBA
RI

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

RAMEÆ SCHOLÆ:

ET,

DEFENSIO PETRI RAMI:

CONTRA GEORGII LIEBLERI CALVMNIAS, IN EPITOMEN OCTO LIBRORVM ACROAMATICΩN ASPERSAS.

DETEGVNTVR ET DISSIPANTVR LIEBLERI ERRORES:

RAMVS A' CALVMNIIS, EX SENTENTIA LEGVM AEQVISSIMARVM, VERITATIS, IVSTICIAE, SAPIENTIAE, LIBER PRONVNCIATVR:

wird wegen Seltenheit in Gel. Lex. vergeblich gesucht.

CAVSSAM DICENTE

ANDREA KRAGIO RIPENSI: DANO.

BASILEAE,
PER SEBASTIANVM HENRICPETRI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

EPIGRAMMA,

HOLGERI VVLFFSTAND DANI:

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM, CHRISTIANVM: FRIDERICI II, Danorum & Noruagorum, &c. Regis potentiſsimi: Mæcenatis & Regis ſui, patris loco, colendi & obſeruandi, primogenitum & chariſſimum Filium.

Nullus honor ſceptri: generis nitor interit omnis:
Lumine uirtutis, ni nitor ipſe micet.
At quoniam longis illûc ambagibus itur:
Proxima quæ, tantum, ſemita monſtrat iter?
Quæ? niſi quæ teneram flectit formatio pubem:
Effrenesq; animos frena ſubire iubet.
Hæc ni deſit, adeſt uirtus mentemq; gubernat:
Protinus at uirtus hæc ubi deſit abeſt.
Formatorem igitur tanto ſata Rege propagô,
Quem tua nunc ætas poſtulat, opto tibi,
Qui talem exhibeat Regem labentibus annis:
Sub cuius ſceptris, patria ſoſpes agat.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO: DN. CHRISTIANO, DVCI SLESVVIGÆ, HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET DITHMARSIÆ, &c. POTENTISSIMI ET CHRISTIANISSIMI SEPTENTRIONIS REGIS, FRIDERICI II: PRIMOGENITO FILIO: DOMINO SVO CLEMENTISSIMO, GRATIAM APVD DEVM ET HOMINES, PRECATVR.

VTRIQVE Academiæ: Illuſt. Princeps: diligenti curæ fuit, Philoſophiam magis in ratione & ueritate cõſtitutam, quàm in autoritate, & ſua opinione fundatã, poſteris relinquere. Academicorũ enim mos fuit, de rebus obſcuris εἰς ἑκάτερον diſputare: philoſophorum placita non deorũ reſponſa, ſed hominum uerba putare: nullam ſcholam perpetuò amplecti, & tamẽ in omnibus ſcholis quod ueriſſimum uideretur liberè ſequi. Omnes autem, nihil perfectè ſciri aut cognoſci poſſe, conſentiunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Agnouerunt anguſtos ſenſus, imbecilles animos, breuia uitæ curricula: cum contrà ueritas in profundo demerſa ſit, opinionibus uarijs & tenebris circumfuſa. Multi etiā arbitrati ſunt: ne illud quidem ſciri: quod nihil ſcirent. Neq; tamē illos latuit, ſolem eſſe luminoſum, aut ignem calidũ, leuia ſurſum, grauia ferri deorſum: ſed quia earum rerũ, ſicut reliquarum, quę in Philoſophia diſputabantur, cauſſas hominibus eſſe ignotas ſuſpicati ſunt, quarum inſpectione, perfectaq́; cognitione ſapientia conſtaret: ſuā ſapientiam meram inſcientiam appellare uoluerunt. Nec propterea Socrates, aut alij ueteres ab inueſtigatione earum rerum, quæ agitabant, deterriti ſunt, aut alios deterruerunt: ſed hac ſua ignorantia, ad percellendos & exagitandos impudentes Sophiſtas, qui arrogātiſsimis uerbis, ſapientiam, cuius erant penitus ignari, priuatim publiceq; profiteri & diuendere ſuſtinebant, uiſi ſunt. Cum quibus Sophiſtis, Socrati eiusq́; coætaneis diu multumq́; dimicandum fuit: ſicut etiam eius ſucceſſoribus, cum Peripateticis: Stoicis: Epicureis: ne priſtinus

phi-

philoſophandi mos, qui ſanctiſsimus & optimus erat, & ad eruendam rerum obſcurarum ueritatem accommodatiſſimus, eneruatus & fractus in uniuerſum corrueret. Illi autem qui ueteri diſputandi rationi ſe oppoſuerunt, ſinguli ſua quædam ſcita & edicta promulgarunt, quæ ſequerentur omnes, qui apud magiſtrũ nomina profeſsi eſſent. Nam magiſtri nullum diſcipulum admiſerũt, niſi credulum, attentum, diligentem, docilem: quamuis credulitas iſta in Philoſophia fons & origo infinitorum ſit errorum: quos omnes hîc recenſere nihil attinet. Hinc iã apertiſsimè conſpici opinor, quantũ Academici à cæteris Philoſophis (& imprimis à Peripateticis, qui in oppugnandis Academicis principes partes obtinuerunt) diſter[illegible]pe, quantu liberi â ſeruis, ſapientes à temerarĳs, conſtantes à pertinacibus. Quod ſi iam aliquis Peripateticorum accurrat, exclametq́, minus prudenter ab Academicis nulla de re diſputari, ſi cognitio rerum omnium ſit deſperata: ei per Ciceronem hoc pacto reſpõſum eſto. Non enim (inquit) ſumus ĳ, quorum uagetur animus

 errore,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

errore, nec habeat unquàm quod ſequatur. Quæ enim iſta eſſet mens, uel quæ uita potius, non modo diſputandi, ſed etiam uiuendi ratione ſublata? Nos autem, ut cæteri alia certa, alia incerta dicunt, ſic ab ijs diſſentientes, alia probabilia, alia non probabilia dicimus. Quid eſt ergò quod me impediat, ea quę mihi probabilia uidentur ſequi: quæ contrà, improbare atque affirmandi arrogantiam uitantem, fugere temeritatem, quæ à ſapientia diſsidet plurimum? Idem. Non enim ſumus ij, quibus nihil uerum eſſe uideatur: ſed hi qui omnibus ueris falſa quędam adiuncta eſſe dicamus, tanta ſimilitudine ut in illis nulla inſit iudicandi et aſſentiendi nota. Hactenus Cicero. Hanc controuerſiam inter Academicos & Peripateticos, cū Petrus Ramus, noſtrę memorię & noſtrorum temporum Plato, diligenti animo uolutaſſet: ac animaduertiſſet Academicos, homines eſſe liberos: Peripateticos ad uerba magiſtri tanquàm ad ſcopulos quoſdam adſtrictos hærere: homini ingenuo & Philoſopho magis conuenire, liberum quam ſeruum eſſe, iudicauit. Hac ratione ad-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ductus ſe ad Academicorū ſcholas fre-
quentandum, aut potius aperiundum
comparauit. Iniurias, quas ab Ariſtotele
acceperat Plato, ultus eſt: & qualis Ari-
ſtoteles Platoni diſcipulus fuit: talis con
trà fuit Ramus Ariſtoteli. Propriam ta-
mē gloriam minimè quæſiuit: ſed ut ue-
terē Philoſophiam à Peripateticis ener-
uatam in integrum reſtitueret, nullos la
bores, aut pericula defugit. Res feliciter
incepta: magis, magisq́ augeri cœpit.
Vſus autem eſt in his ſuis laboribus, ora
tionis genere Socratico: cuius ſermo-
nes, alij ad redarguendos contrà diſpu-
tantes compoſiti fuerunt, qui ἐλεγκτικοὶ
dicti ſunt: alij ad præcipiendum, qui δο-
γματικοὶ appellabantur, id eſt, in quibus
præcepta cōtinebantur, quibus propter
aliquam probabilitatem aſſenſus erat.
Itaq́ ſi quis dixerit, Ramum Peripateti-
corum errata nigra linea notaſſe: uera di
xerit: Sin uerò addat Ramum Peripate-
ticorum laudes magna parte adauxiſſe,
multò uerius dixerit. Id enim Ramo ſan
ctè propoſitum fuit, quomodo ex o-
mnium ueterū ſcriptis, uiam & metho-
dum colligeret, per quam commodiſſi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

mẽ ad Muſarum antra, & ad ſtudiorum moleſtiſsimorum fructus uberrimos & dulciſsimos, peruenirctur. Salebroſa (proh dolor) uia eſt: & niſi ab aliqua Cyrene Ariſteus hoc iter ingrediens, adiuuetur, nihil eſt, quod ſperet ſe Proteum uiſurum, ne dum ligaturum & pro ſuo arbitrio tractaturũ. Quare Petro Ramo ingentes agendæ ſunt gratiæ, qui nobis leges fideliſsimas in hac uia duces, non excogitauit, ſed ſpretas et abiectas, reſtituit. Leges ſunt de materia, formaq́ꝫ artiũ: ut omnia artiũ præcepta ſint κατὰ παντὸς, καθ᾽ αὑτὸ, καθ᾽ ὅλου πρῶτα. De omni: per ſe: uniuerſaliter prima, & natura prius antepoſitũ. Prima lex, eſt lex ueritatis: ne ullũ ſit in arte præceptũ niſi omninò et neceſſariò uerũ: Ita ut non modo falſa: ſed etiã fortuita tollenda ſint. Secũda lege cauetur: ut artis decretũ, nõ tantùm, omninò, neceſſarioq́ꝫ uerum ſit: ſed etiã homogeneum, & tanq́ꝫ corporis eiuſdem membrum. Ne in Arithmetica ſit quidquàm Geometricum: aut in Geometria quidquàm Arithmeticum. Hinc falſorum errorum refutationes etiã ueræ ex arte tolluntur: quia inſcientiam tantum

tum dedoceant: ſcientiam nullam doceant. Hæc iuſticiæ lex ad regendos artium fines, & tribuẽdum unicuiq;, quod ſuũ eſt, iuſtiſsima eſt. Tertia demũ lege ſancitũ eſt, ut in artiũ pręceptis, generale ſpeciei, aut ſpeciale generi non attribuatur. Hæc lex ſapientiæ eſt. Vltima eſt de artiũ forma. Ad haſce leges cõſtitutę artes cũ mediocriter perceptæ fuerint, ad uſũ, qui in analyſi & geneſi exemplorũ, nõ in altercationibus de præceptis, ſine omni productione, aut procraſtinatiõe, properandum, grauiter monet. Turpe enim eſt, Philoſophum ſic artem docere, cuius uſum tradere neſciat: quemadmodum faber fabricatur arma, quorum uſum neſcit. Sed quemadmodum nautæ, architecti, agricolæ, & cæteri artifices manuarij, non fiunt artifices altercando de præceptis: ſed cum artibus breuiter perceptis nauigando, ædificando, arando ſe exercent: Sic artiũ cognitio & fructus, non in altercationibus de præceptis, ſed in Poëtarum, oratorumq; monumentis retexendis: ac in imitandis, ſimilibusq; confingendis conſiſtit. Conſtat etiam ex communi uita, quod artifi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

cum diſcipuli pręceptis breuiter uſu, aut inſtitutione magiſtrorum cognitis, completoq; tyrocinij tempore, ut magiſterium artis aſſequantur, non ſolũ de præceptis interrogentur, ſed difficillimo genere exemplorum, & formandorum, & explicandorũ, quid in arte ualeant, tententur & probentur: nec artificis nomine digni iudicantur, niſi difficillimum quodq; & grauiſsimum artis, non dico præceptũ memoriter recitare, ſed opus expeditè & promptè facere atq; exhibere ualeant. Hic artium uſus eſt: quem nobis ereptum, aut certè per negligentiam intermiſſum tantis quiritationibus Ramus lamentatur: & in quo inſtaurando tot dies, noctesq; inſomnes conſumpſit. O perpetua memoria & laude dignum propoſitum: ô uerum & Socraticum Philoſophum: qui dum hanc Philoſophiam in ſcholas & Academias inducere conatus eſt, Socratis triſtia fata eſt expertus: nihilq; pręter cicutam, quã ei, amplius Socrati cõtigit. Aduerſum ſe Sophiſtarum innumerabilem turbã concitauit. Accuſatus eſt grauiſsimè, quod repugnando Ariſtoteli Theologiam &

artes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

artes eneruaret: cuius criminis, ante dicẽ iudicij ſententiæ dictum, & cauſſa nõ dicta, reus peragebatur. Mox ei toto Philoſophiæ regno, uelut aqua & igni, graui etiam pœna addita, interdictum eſt: ne unquàm uel de[illegible]o, uel ſcribendo, in ullam Philoſop[illegible] partem ingrederetur. Lingua illi conſtricta erat. Vinctæ manus. Et, ſi menti imperari poſſet, cautum fuiſſet, ne de Philoſophia ullam cogitationem ſuſciperet. Sententia hæc libellis impreſsis, per omnia totius orbis loca exportata eſt, & promulgata: ut omnibus innoteſceret. Ludi magno apparatu celebrati ſunt, ubi, ſpectantibus & appl[illegible]udẽtibus Ariſtoteleis, omni ludibrij & conuitij genere Ramus affectus eſt: ad quæ Ramus tum ne hiſcere quidẽ audeb[illegible]t. Tanta moliſ erat Rameas [illegible]ere: ut ne [illegible]idem, in [illegible]omana conc[illegible] impedimẽta fuerint aduerſa & oppoſita. Quid autem reliqua hiſce non minora cõmemorem? Habuit in exteris nationibus athletas fortiſsimos, & potẽtiſsimos, cũ quibus (tãquàm pro aris & focis) illi de fama arrogantiæ, impudentiæ, ignoran-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tiæ & ſtultitiæ luctãdum fuit: inter quos
non in poſtremis collocari cupit Geor-
gius Lieblerus Phyſicus Tubingenſis,
qui ex Rami ignominia ſibi laudem &
gloriam quærere eſt aggreſſus. Ferre nõ
potuit, quod Ramus octo libros a[illegible]
maticos peruol[illegible] ſitq; cu[illegible]
ſingulis in libris, quid probandum [illegible]ibi,
quidue improbãdũ uideret. Etenim pro
ſagacitate, qua præditus eſt, olfecit, ſe ac
ſin[illegible]lis far[illegible]næ homines fama eruditio-
nis ita detecto fuco [illegible]poliari: quæſtusq;
opimi parte potiſsima priuari. Quare
protinus ſine omni mora aduerſus Ra-
mum tanquàm prædonem quendã, aut
lenon[illegible]ectiuam ſcribit, actionemq;
inſtit[illegible]. Cum enim pa[illegible]culas quaſdam
ſentẽtias, easq; partim mutilatas, partim
malè intellectas, uelut canis è Nilo bi-
bens, ex [illegible]ter hauſiſſet: cõfi
ſus eſt [illegible]idem e[illegible]
totam [illegible]ophiã peſſundaturũ.
Sed toto cœlo a[illegible]. Inuicta enim ma
net ueritas, quamuis temporis occaſio-
nem obſeruans, ſe aliquandiu occultet.
Meo iudicio (ſi quid ego iudico) ſapien-
tiùs feciſſet, ſi hoc labore ſuperſediſſet.

Dum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Dum enim Rami nomen obſcurare in
animum induxit: propriã inſcitiam dete
xit. Nam aduerſùs Rami uerisſimas &
inuict[illegible]ſimas leges nihil aliud commi-
niſci, aut co[illegible]gere potuit: quam EGO
PVTO: EGO E[illegible]ICO: EGO DICO: RAMVS
ERRAT: RAMVS ARISTOTELEM NON IN-
TELLEXIT: &c. Quod ſi hoc diſputare eſt,
aduerſariumq́ errorum cõuincere, n[illegible]
lus adeò rudis erit, qui ſe diſp[illegible]
non iactare auſit. Et tãto quiſq́, [illegible]
tando acutior apparebit: quantò fuerit
in ſentẽtia falſa, aut re inani pe[illegible],
arrogantior & ad reclamandũ [illegible]or.
Hæc cùm nimis quàm uera ſint, mirari
ſubit, quoſdam Academiarum pręſides,
hom[illegible]nes alioqui doctiſsimos, eò demen
tiæ peruen[illegible]iſſe: ut non ſolum hiſ[illegible]
delectentur, ſed etiam in mult[illegible]cade-
mijs profeſſores & diſcipu[illegible] inuitos,
ad hanc Epitomen publicè docendam,
diſcendamq́ ſub graui pœna cõpellant.
Aliquibus etiam non ſatis eſt ut alios co
gant ad talem Phyſicam docendam &
diſcendam: ni ipſimet Ariſtotelis libros
iſtos Acroamaticos etiam in Epitomas
redigerẽt: in quib. tam ſubtiliter de prin-

cipijs,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

cipijs, infinito, æternitate, reliquisq́ ſimilibus nugis diſputãt: ac ſi liceret ijs cum Moſe de mundo creato ludere. Recordor ego nõ ſine animi commotione, me adoleſcẽtem, meosq́ commilitones de huius Epitomes præceptis ex mandato præceptorum, à capite ad calcem diſputaſſe: idq́ non ſine clamore, & audientium magna admiratione. Sed ita me benè dij ament, neq́ fructum tunc tempo- [illegible]um inde ſenſi, neq́ iam percipio: Neq́ præceptores ullum uerbum de fructu dixerunt. Hunc animi dolorẽ, quem concipio, quoties de temporis iactura cogito, ſi publicè meis cõdiſcipulis aperirem, operæpretium me facturum duxi: ut ſi qui ſint qui meo damno ſapere uelint, quamprimũ à tali ſtudiorum genere ſe recipiant. Reliqui qui meum conſilium tanq́ ridiculũ, & iuuenile contempſerint, proprio id experientur malo: quodq́ iam cum labore diſcunt, maiori labore in poſterum dediſcent. Conſcribam itaq́ imitatione Ramea, in Georgij Liebleri Epitomen, ſcholas Phyſicas: in quib. apertè per ſupradictas leges euincam et demonſtrabo, plurima iſti libello

ineſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ineſſe falſa: quædam loco alieno tranſpoſita: omnia deniq; in Phyſica aliena. Præterea P. Ramum uirum de omni literarum genere poſt hominum memoriam omnium optimè meritum, innocenter à Lieblero uellicatum, & traductũ, uindicabo: & pro calumnijs non calumnias, ſed rationes Phyſicas, ex legibus artium extructas reponam. Sin tamen grauius quidpiam dictum, imprudenti exciderit, quod Lieblerum, aut alios offendere poterit: id iuuenili feruori, nõ animo, maledictis minimè prurienti acceptũ ferendum eſt. Siquidem inſtitutum meũ non eſt, more muliercularum de lana caprina rixari, aut cũ aliquo conuicijs contendere: Sed mihi rerum omnium cariſsima ueritas, publicáque utilitas, ex collationibus & rationibus utrinq; ponderatis, inueſtigãda propoſita eſt. Nihil planè dubito, quin idem ſit facturus Lieblerus, ſi quãdo Apologiã contra me edere cogitabit. In ſpem etiam adducor eius diſcipulos idẽ facturos, ſi qui haſtas à præceptore amentatas in me ſunt cõtorturi. Reſponſionem autem huius generis ab Epitomico aut eius diſcipulis expecto.

Ab

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Ab ijs enim, ut Apelles à prætereuntibus, errorem meorũ notationem & medicinam flagito. Liberè & Philoſophicè monendo, quid in meis ſcholis ueritati & Ariſtotelis legibus contrarium ſit, tantum abeſt, ut mihi ſtomachũ facturi ſint: ut etiam admonitionis immortales gratias ſint à me reportaturi. Si iam roger, quare ſub tanti Principis nomine uelim haſce meas ingenij primitias in publicũ emittere: grauibus me moueri cauſsis ingenuè profitebor. Munificentia Sereniſsimi Regis patris ſubleuatus ſtudiorũ moleſtias hactenus deuoraui & pertuli: & in poſterũ eius M. beneficijs uſurũ me, perſuaſum habeo. Faciendum igitur omninò exiſtimaui, ut in eiuſdem Maieſtatis filios animum obſequentiſſimũ, & ad quoduis ſubiectionis genus promptiſsimum declararẽ: meorũq; ſtudiorum quaſi rationem redderem. Periculoſum etiam mihi uiſum eſt, hũc libellum, in tam lubricum tamq; præceps hominũ iudicium dimittere, niſi potentem aliquẽ illi patronum cõparaſſem: ſub cuius autoritate ſartus & tectus ab omni detrimento & periculo conſeruaretur.

Addo,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Addo, quod ij qui C. T. à Muſis ſunt,
aut decernentur, admonendi uideantur
ſummum regnorum cõmodum, in Prin
cipũ iuſta educatione conſiſtere. Quo-
circa, non poſſum adduci, ut credã C. T.
ægre laturam, quod meas Scholas non
ſolũ ad C. T. mittã, ſed etiam in C. T. no
mine diuulgare audeã. Principũ etiam
proprium eſt, beneficiarios & alumnos
benigno animo complecti. Principum
proprium eſt artium & diſciplinarũ co-
gnitione delectari. Teſtes ſunt, Varro,
Cæſar, Antonius, Cicero, Brutus. Plato
Deos præceptores in Dialectica ſtatuit.
Quid uero in Phyſicis Platonem & Ari
ſtotelẽ potius cõmemorem quam Ale-
xandrum Magnum, cuius opera & auxi
lio perfecit Ariſtoteles omnia? Verum
fruſtra alienos reges cõmemoro: mente
atq; animo cum olim C. T. hæc cõplexa
fuerit, ad amplitudinem ſui generis ocu
los cõuertens, patrẽ regem cõſpiciet in
eo genere laudis, omnium regum lon-
gè primũ & maximum. E' cæteris enim
regibus multi Poëtas amauerũt: alij Phi
loſophos coluerunt, alij aliarum peritos
artium in honore habuerunt. At Frideri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

cum II. patrem omnium doctorum uerius quàm Mæcenatem poſſumus appellare: à quo Latinę, Græcæ, Hebraicæ linguæ interpretes: Philoſophię, Mathematicæ, Medicinæ, Iurisprudentiæ, Ethicę, Phyſicę doctores, honeſtis ſtipendijs non conducuntur, ſed inuitantur: neq; ſuſtentantur, ſed potiùs ornantur. Quo regnante, ſeptemtrionalia regna, otium cum ſumma dignitate retinent. A'tali patre cum T.C. originem trahat, ad quem potius, quam ad T.C. unam meas Scholas mittam? Quas ubi, ut firmiter perſuaſum habeo, in T.C. tutelam ſuſceperis: Deus Opt. Max. uiciſsim mihi exorandus eſt, ut T.C. in paternis ueſtigijs currere incipientē diutiſsimimè ſuæ indigenti Eccleſiæ, & patriæ noſtræ incolumem conſeruet. Valeat itaq; T.C. βασιλικῶς à Muſis Baſileenſibus Deo fideliter commendatus. Baſileæ Rauricorum. X. Kal. Martij, Anno Chriſti nati CIↃ. IↃ. XXCII.

C. T.

Subditus & alumnus obſequentiſs.

And. Kragius Rip. Danus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ILLVSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO PRINCIPI, CHRISTIANO, SERENISSIMI, Potentiſsimiq; Daniæ & Noruegiæ Monarchæ, FRIDERICI II. Filio, Domino & Principi ſuo ſummè obſeruando.

HEROICE profectò à uiro ſapiente dictum eſt: Bonas literas & artes humano generi ſalutares, plebeijs argentum, nobilibus aurum, ſummis Principibus gemmas & uniones eſſe. Cum enim omnium ordinum & ætatum hominibus præcipuo ſint uſui & ornamento, quis non ſibi perſuadeat, nobiliſsimis metallis, & ipſis etiã margaritis & gemmis, uel eam ob cauſſam præferri debere, quod nulla propè proportio eſt inter externa & caduca, & inter perpetua animi bona? Sed enim cum hominũ uita magna ex parte ſummorum hominum, Regum dico, Principum, & aliorum illuſtrium uirorum præclaris exemplis, iudicijsq; regatur: nihil dubium eſt omnibus ætatibus, de toto humano genere benè meritos eſſe principes ingenioſos & ſapientes, qui & ipſi amauerunt, & coluerunt eruditæ doctrinæ ſtudia, & uiros doctos, uelut promos & condos Philoſophiæ, Hiſtoriæ, ut de cæteris profeſsionibus iam nihil dicam, beneficentia ſua iuuerunt.

Philippum Macedonum Regem, cum filio Alexandro Magno Ariſtotelẽ præceptorẽ adiungeret, præficeretq;, dixiſſe ferunt: Philoſophare mi fili feliciter ſub hoc doctore: ne unquam ea admittas, quę me olim feciſſe, nunc ſenem uehementer pœnitet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Intelligebat Rex Cordatiſsimus, doctrinæ Præſidijs egregiè inſtructos, cupiditatibus, iræ, æmulationi, nimiæ fiduciæ, alijsq; cæcis perturbationibus, quæ tranſuerſos rapere ſolent, & ad peccandum ſolicitant, frænũ non ita laxare: quod Moralis & Ciuilis Philoſophiæ præceptis, uelut flagitiorum & peccatorum antidotis inſtructi ſint.

Conſuluit Philippus Rex ſtudijs filij ſui, qui feliciter ab Ariſtotele edoctus, plus huic, quàm illi ſe debere poſtea faſſus eſt: quod hic quidem uiuendi, ille autem rectè uiuendi auctor ei fuiſſet. Sed multò rectiùs (ut ad fortiſsimorum Daniæ Regum illuſtria exempla accedam) bono publico conſuluit Chriſtianus I. (qui ex inclyta V. C. familia primus in 3. Regnis Borealibus, Regiam dignitatem aſſecutus eſt) introducta in Haffniam ciuitatem Regiam Academiâ: quare inter omnes Daniæ Reges (ſaluo cæterorum honore) de Ecclesijs, totoq; Regno optimè meritus uideri poteſt. Id quod tum factum perhibent, cum Maximus ille Rex Italia peragrata, Romam Anno Domini 1474. adijſſet: & in Regna ſua regreſſus, aliorum Monarcharum laudatiſsimo exemplo à ſe conditam Academiam, ſummum Regnorum, quæ tenebat, honeſtamentum & præſidium fore, ſapienter ſanè iudicauiſſet. Debetur profectò maxima gratia Principibus optimis, qui ſua magnificentia prima fundamenta Virtutis & doctrinæ Gymnaſiorum, poſuerunt: & quaſi perfracta difficultatum omnium & obſtaculorum glacie, poſteris amplificandas & illuſtrandas reliquerunt. Sapienter de prælio Leonidæ Spartani Principis, ad Thermopylas, quod fuit initium uictoriarum, quibus Græciæ libertas parta fuit, Diodorus Siculus pronunciauit: οὐκ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων κρίνειν δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλ' ἐκ τῆς προαιρέσεως. Etſi igitur Chriſtianus I. Rex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Rex quondam noſtræ Gentis, & uicinorum quorundam populorum, prima Academiæ Haffnienſis principia, ſibi optimo iure uendicare poteſt, quia tamen illa reuera aurea fuerunt: magna laus & gratitudo, Principi ſubiectarum Gentium patri optimo, debetur.

Egit deinde lætis auſpicijs parentis, inſtitutæ Academiæ Haffnienſis nutritium Ioannes Rex, cum illi fatis concedenti centum ab hinc annis ſucceſsiſſet: quo eodem anno Moguntinam Academiam à Diethero Archiepiſcopo inſtitutam eſſe accepimus: Id quod haud dubiè Deo, corda ſummorum Principum in ſua manu habenti, & ad piorum ſtudiorum admirationem & amorem excitanti, acceptum ferendum eſt.

Tertius autem ab illo Fridericus I. Regna Daniæ & Noruegiæ admodum Ciuilibus turbata motibus, Princeps uerè ἀντιξύνακος, & pacis auctor, tranquilla pacataque reddere ſtuduit: Academiam Haffnienſem, uelut κοινὸν παιδευτήριον uirtutum & doctrinarum ſartam tectam eſſe uoluit.

Nemini tamen Heroicorum Prædeceſſorum hac laude Secundus fuit Chriſtianus Rex, Illuſtriſsimæ Celſitudinis Veſtræ Auus Chriſtianiſsimus, qui ubi Regni habenas moderari cœpiſſet, Anno Chriſti 1535, bellum per biennium geſto, ueræ Religionis ſtudium & profeſſionem cum Muſis & Gracijs ſic coniunxit, ut maximo ſuo merito, alter Haffnienſis Academiæ conditor, dici & haberi poſsit. Eſſloreſcere enim in Regno Danico tum cœperunt bonæ literæ, linguę, artes liberales, & ipſa diſciplinarum omnium Regina S. Theologia: quæ nobis Dux eſt ad Dei Optimi Maximi agnitionem ſalutarem, & æternæ uitæ participationem. Vnus uir Heroicus, ut ait Demoſthenes, illuſtrat totam Gentem. Quis igitur

dubitet duorum celeberrimorum Regnorum potentiſſimum Monarcham, religioſum pariter & heroicum, CHRISTIANVM DANIÆ, NORVEGIÆ'QVE Regem amabili fulgore pietatis erga Deum, fortitudinis bellicæ & togatæ paternæ erga ſubiectas gentes, beneuolentiæ, beneficentiæ & amoris erga uiros literatiſſimos, non noſtram ſolùm gentem Danicam, ſed etiam finitimos populos, ſic illuſtraſſe, ut ſempiterna principis optimi memoria, cum beneuolentia coniuncta, futura ſit. Verè enim de eo rege id dici poteſt, quod eſt in ueteri uerſu:

Semper honos, nomenq́ tuum, laudesq́ manebunt.

Summas autē propitiæ Dei prouidentiæ gratias nos habere æquum eſt, quod Sereniſs. fortiſſimumq́ue Regem ac Dominum noſtrum, Fridericum II. non tantum ampliſſimorum, laudatiſſimorumq́; ab omni antiquitate regnorum Daniæ & Noruegiæ, ſed etiam uirtutum paternarum hæredem, & imitatorem eſſe uoluit. Piè dictum eſt ab erudito quodam:

Principis eſt uirtus maxima noſſe Deum.

At hic noſter clementiſſimus Monarcha, Euangelij ſincera cognitione illuſtratus, ueræ pietatis, & religionis laude, in Gallia, Germania, Anglia, & Heluetia: imò toto Chriſtiano orbe exemplo eſt multis alijs Principibus. Ac cum reuera ſit εὐεργέτης, ipſeq́; adeò regiæ maieſtatis erga me beneuolentiam eam ſolum ob cauſam quod literis incumbam, reipſa experiar: Sæpenumero illud Demoſthenis dictum, quo affirmatur, beneficentia & ueritate homines Deo ſimiles fieri, mecum ipſe perpendo. Non ſolùm enim legibus, ordine, præſidijs, & pacis, belliq́ue artibus regia maieſtas inſtruit & ornat ſua regna: Sed etiam religionis ueræ pretioſum marga-

ritum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ritum, ſine fermento impurorum dogmatum ſeruat: eoq; nomine etiam apud exteras gentes, à uiris ſapientibus ualdè celebratur. Academiam porrò Haffnienſem beneuolentia & beneficentia tanta proſequitur, Potentiſſimus Rex noſter, ut inter cæteras Europæ Academias, illa caput mirum in modum hoc tempore exerat & attollat, doctrina & ingenioſis hominibus florens. Sed enim cum maxima omnium noſtrûm ſpes ſit, de Heroica C.V. indole, Princeps Sereniſsime CHRISTIANE, admonitus ab eruditiſsimo homine M. ANDREA KRAGIO amico meo, handquaquam illubenter, ingenij illius eruditum monumentum, Illuſtriſs. V. Celſitudini, hac mea qualicunque προσφωνήσει offerendum mihi, ea qua par eſt animi reuerentia, & commendandum cenſui: cùm is primos ingenij ſui fœtus, & reliqua ſtudia omnia ad Petri Rami methodum (quam hactenus noſtri homines, quod ego ſciam non attigerunt) conformata V. Il C. tutelæ committat, patronumque futurum ſperet contra zoilos & calumniatores. Perſuaſum enim habebam eo animo eſſe regis maximi filium generoſiſſimum, quo fuiſſe ferunt Artaxerxem Perſarum regem, modis omnibus maximum, qui ſitiens aquam à paupere agricola ambabus hauſtam manibus, ſibiq; oblatam minimè aſpernatus dixit: Non minus regium humanumque eſſe parua promptè, & libenter accipere, quàm magna tribuere. Accipiat itaq; Il. C. V. literarium munus Helueticis Athenis natum & excuſum, & maximorum Regum, Maiorum (inquam) tuorum exemplo, patrocinium eruditorum hominum, ſumma tua cum laude, ſuſcipe. Quod ſupereſt, Deum Opt. Max. toto pectore precor, ut ſereniſſimum regem Fridericum II. & Il. C.V. cum tota regia familia, regnisque Daniæ & Noruegiæ, cle-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

menter ſeruet. A tua autem Illuſtriſs. Excelſitate demiſsè
peto, ut qua beneuolenria Regia Maieſtas, pro ſumma
ſua uirtute, parentem meum proſequitur, eadem ipſa
quoq; me non dedignetur, qui in hac Academica profe
ctione mea, in longinquas oras, hoc unum pro uirili
agam, ut cum artium dicendi, Hiſtoriæ & Politicæ Sapi-
entiæ ſtudio, uirtutum exercitia ſic coniungam, ut do-
ctrinæ, uirtutumque præſidijs inſtructus, in dulciſsimam
patriam reuerſus, & Regiæ Maieſtati, & V. Celſitudini,
ſtudium, fidem, operamque per omnem uitam, præſtem
probemq;. Baſileæ, X. Kal. Mart. Anno CIↃ. IↃ. XXCII.

Illuſtriſs. Veſtræ Excelſitatis
fideliſs. & deditiſs.

Iacobus Biorno
Danus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

SCHOLAE IN EPISTOLAM AD LECTOREM.

PERCENSET tibi cauſſas Lieblerus, Lector beneuole, quibus impulſus, cōtra Rami Scholas Phyſicas diſputationē inſtituerit. Animaduertit (ut ſibi perſuadet) Petrū Ramum, *hoc animo ad haſce & alias ſcholas ſcribendas acceſiſſe: ut libros Ariſtotelis, tanquàm ab ipſo non eſſent ſcripti, uel certè non emendati, ſuſpectos redderet: & quibuſcunq; poſſet modis Philoſophiā Ariſtotelicā corrumperet, aut eleuaret. Quod ſi ſuccederet:* putat *nullā unquàm mortalibus maiorem cladem accidere poſſe: Sophiſtis magnam feneſtram ad omnia corrumpenda patefactam: & ignauis magnum allatum inſcitiæ atque inertiæ patrocinium.* Hæc, inquā, ſunt cauſſæ, quæ Lieblerū ad ſcribendū contra Rami Scholas Phyſicas concitarunt. Hęc ſunt incommoda & pericula quibus ſtatim de principio occurrendum duxit: ne latius ſerperent. Sed cordate Lector, uelim te ſane quam diligenter exputare, quā ſint hæc cauſſæ inanes & frigidæ. Interrogādus mihi eſt Epitomicus noſter: quibus priuilegijs munitus: & unde poteſtatem nactus: in hominum conſcientias perquirat, & iudicum de ijs proferat. Ramum uociferatur ad Ariſtotelem acceſiſſe, ut eius libris è manibus diſcētium excuſsis, ipſe ſolus in regno Phyſico, imperio potiretur. Sed conſuta in Ramum impudens calumnia eſt: quod in cōfeſſo erit: cum præter ea, quæ dę Rami pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

poſito in epiſtola dedicatoria dixi, ex Rami ſcriptis edocuero, quo loco ſcripta Ariſtotelea Ramo fuerint: & quo nomine ad ſcribendum in Ariſtotelem Scholas, aggreſſus ſit. In præfatione quadam in Dialecticam, hoc, de Ariſtotele, ſuum iudicium memoriæ prodidit, & poſteris reliquit.

Cùm (inquit) Ariſtotelis nomen non ſolũ Philoſophi, ſed penè Philoſophiæ nomen in Scholis noſtris, eſſe ſentirem, ſine cuius autoritate nihil probari, nihil perſuaderi certis hominibus poſſet: noſtraq́ꝫ ſtudia, quamuis eſſent, tamen quia non dicebantur Ariſtotelea, tam pertinaciter impediri cognoſcerem: hoc ipſum Ariſtoteleæ autoritatis pigmentum, partibus omnib. aſpergere, atqꝫ Ariſtotelem ipſum, præcipuis neqꝫ adhuc uulgò ſatis intellectis & animaduerſis logicæ partibus explicare ſtatui. Etenim Ariſtotelis logica tota eſt, (idem de Phyſica iudicium meũ eſt) quam adhuc docui. Attamen quia nec Ariſtoteles à noſtris obtrectatoribus intelligebatur, neqꝫ nominatim Ariſtotelis autoritas à nobis appellabatur, uerum res ipſa (quæ prius etiam à Platone dicta eſſet) mutata, ſed illuſtriore & Ariſtotelis germaniore forma traderetur: hîc Ariſtoteles uelut ex Actæone aliquo, conſpecta Diana, ceruus factus eſſet, à ſuis nõ modo cognitus non eſt, ſed penè laniatus & diſcerptus eſt: ſic noſtro nomine ab ĳs eſt traductus & damnatus. Ergò ut Ariſtoteles ab Ariſtoteleis recognoſcatur, hunc ipſum non ſo-

lum

lum animaduerſionis, ut antea, ſed interpre-
tationis præcipue' laborē ſuſcepi. Nec in Lo-
gicis(licet ex Ariſtotelis libris alia ſequar, alia
fugiam) ullā uirtutem ſequor, niſi quam Ari
ſtoteles ſequendam: nec ullum uitium fugio,
niſi quod Ariſtoteles fugiendū ſuo iudicio,
autoritateq́; præcipiat. Nec aliud mihi pro-
pono, quam ut planum faciam, licet ab Ari-
ſtotele tam multa collecta ſint, tamen alia ab
Ariſtotele probata, & iudicata: alia collecta
tantum non etiam probata & iudicata, id eſt,
Ariſtotelica alia eſſe, alia nō eſſe Ariſtotelica.
In præfatione orationis pro C. Rabirio inqt:
Ariſtotelem ſemper affirmabo abundantiſ-
ſimo ingenio hominem fuiſſe, qui cum mul-
ta à Platone Dialectica theoremata didicerit,
ijs tamen non contentus: Dialectici auri pre-
cioſiſsimā quandā fodinam per ſe quæſierit,
multa effoderit & cumulārit: Sed aurum il-
lud argento, ære, plumbo, lapidibus, ſpinis,
terra deniq; inutili obrutum reliquerit, in for
nacē non coniecerit, nec igne ueri & naturalis
uſus approbauerit, nec omninò diſtinxerit,
ut in Ariſtotelicis animaduerſionibus doceo.

Lib. VII. Scholarum Dialecticarum cap.
XIII. ſic pronunciat. Ariſtotelis diligentiam
& ſtudiū uehementer laudo & admiror: Ari-
ſtoteleorum interpretū ſimplicitatem & im-
peritiam, neq; laudo, neq; admiror. Ariſtote-
les in Phyſico opere Phyſicorū, in Logica Lo
gicorum ueterū decreta omnia collegit. Te-
nebras itaque abigamus: Ariſtotelica prin-
cipia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

cipia de materia & forma artis ſequamur.

Scholarum Dialecticarum lib. x ſub finem perorat. Quapropter Ariſtotelicæ Philoſophiæ ſtudioſi, ſcholas noſtras Ariſtotelis tantum principia ſecutas uerè Ariſtotelicas percipiant. Dialecticam noſtram (quia Dialectica Ariſtotelis, immò ſolius Ariſtotelis, nõ ſolum quæ in poſterioribus analyticis, ſed quæ reliquis libris Logicis, quæ etiam Phyſicis, Metaphyſicis, Ethicis, diſperſa ſunt, dogmata doceat, & methodo Ariſtoteli probatiſſima doceat) ueram Dialecticã eſſe intelligant: Ariſtotelemq́ legibus Ariſtotelis & principijs conformatum, & compoſitũ tandem aliquando cognoſcant. Arrige aures: aduerte animũ Lieblere. Hoc'ne eſt in animo & propoſito habere ab Ariſtotelica lectione diſcentium animos abſterrere: an potius ad Ariſtotelem, ſed ſuis legibus obſequentem, impenſius & diligentius legendum allicere & concitare? Niſi omnẽ pudorem proſcripſeris aut in proſtibulũ relegaueris, nõ inficiaberis, te in Ramũ iniquè calumnias priores euomuiſſe. Veruntamen, eſto, Ramum multa in Ariſtotele repræhendiſſe. At cur quæſo non licuerit ei quę minus benè dicta animaduertit, uerioribus & utilioribus ex Socrate & Platone reſtitutis, reprẹhendere, & diſsipare? Habet aliorum exempla, quibus ſibi id licere, quod alijs licitũ fuit, rectè arbitratus eſt. Ariſtoteles Platonem præceptorem locis, quam plurimis refutandũ ſumpſit: in quibus etiam

mini-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

minimam quamlibet repræhendendi anſam ſeduló quæſiuit. Amicus illi fuit Plato, amicus Socrates: ſed magis amica, quam uenabatur, ueritas. Laërtius de eo refert, quod dixiſſe fertur: ô amici: nullus amicus. Theophraſtus Ariſtoteli ſuccedens, par pari retulit: nec eum impunè errare permiſit. Nolo, per omnes Philoſophorum ordines ad hæc noſtra tempora digredi, ut cōfirmem licitum eſſe in Philoſophia in errores animaduertere.

Perſpicio iam Epitomicum adcurrentem, & procul de uia acclamantem: ſe facilè in eam partem declinare, quod errores ſint corrigendi: ſed tales errores in Ariſtotele minimè depræhendi, qui correctione opus habeant: *Quinimò in eo omnia inter ſeſe aptè cohærere: ſuis locis admirando ordine diſpoſita: nec addi: nec detrahi: nec loco moueri quicquam poſſe.* Quibus uerbis tanquàm ſorex ſe prodit, quod Ariſtotelem ut Deū Philoſophicum adoret, à quo alieniſsimum ſit quod aliàs hominibus ſit perquam familiare, poſſe labi & errare.

Fateor quidem Ariſtotelis nomen pro maximis in genus humanū beneficijs ſanctum, ſacrumq́ eſſe debere, ſed ad aras quidem Philoſophię, ueritatisq́: ad aras legum ab Ariſtotele latarum ſanctum eſſe debuerit. Cogitandumq́ erat eum fuiſſe hominem, qui ad errores ut alij homines procliuis eſſe poterat. Sed hęc uera eſſe in animum ſuum inducere nunquàm potuit Epitomicus: quia ꝑſuaſum ſibi de Ariſtotele habet, eum eſſe Deum, omniaq́

ab eo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ab eo dicta, νοερῶς καὶ θείως εἰρημένα intelligenter & diuinè dicta: neq; ideo uerisimile eum tam fœdè, tamq; turpiter erraturum fuiſſe. Accedit & hoc, quod contradictoria quæ in Ariſtotele ſunt, propter argutas & ſubtiles quaſdam diſtinctiones, contradictoria minimè cenſeantur. Nihilominus ſunt mihi in numerato innumerabilia doctorum uirorum iudicia, qui in Ariſtotele non ſolùm errores depræhenderunt: ſed animaduerſos errores emendare aut expungere tentarunt. Prætereo de induſtria omnes recentiores. Ex ueteribus paucisſima nominabo loca, ex quibus intelligat Lector, quæ fuerint priſcis temporibus hominum præſtantium, de Ariſtotele ſententiæ: & iudicet, quot ab ijs temporibus librariorum negligentia errores facilè irrepſerint. Vnus locus eſt in Strabonis libro decimotertio Geographiæ: quem poſtea citabo. Plutarchus in uita Ariſtotelis monet: Ariſtotelis libros corruptos, & deprauatos ad nos perueniſſe: cuius rei cauſſam adducit in Sylla.

Conſtat ex Laërtio, præſentem librorum Ariſtotelicorum titulum & numerum, ueteri & titulo, & numero nõ congruere, ut commentarij potius ab imperitis ex Ariſtotelis Philoſophia deducti, quàm uera Ariſtotelis Philoſophia, Ariſtotelis libri uideantur. Talia magnorum uirorum de Ariſtotele iudicia & monita nunquàm legit Epitomicus: ſed (quaſi Sirenum cantus formidaret) obtura-

tis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tis auribus præteriuit. Vnde factum eſt, ut prius alatas in aere balænas, quam uerbum Phyſicum aut rem Phyſicam minimam in eius Epitome ſis offenſurus. Contra uerò uoluntaria quadam aſſenſione credit, Ramum magnorum errorum reum eſſe: nec Ariſtotelis profundam Philoſophiam præ ſtupiditate, & arrogantia aſſecutum eſſe. Quatenus de Rami erroribus dicis Epitomice, perfacile crediderim, memor humani fati, Ramum multis implicari erroribus potuiſſe: ſed de ijs nihil ſtatuo, niſi antea qui ſint demonſtraueris. Quod ad eius ſtupiditatem & inſcitiam ſpectat, haud aſſentior, Ramum iure accuſari. Quomodo enim uir tot uigiliarum, & tanti iudicij Ariſtotelis mentem non aſſequeretur: cùm nullus ſit deſertus adeò in toto Ariſtotele angulus, quem non ingenij, doctrinæq́; luce perluſtrârit? Attamen ſi Ariſtotelem intelligere, illud tibi eſt: omnia quæ in Ariſtotelis bibliothecam ex innumerabilibus autoribus coaceruata ſunt, quamuis falſa, aliena, impropria ſint, attamen neceſſaria, conſentanea, propria facere: Si (inquam) id tibi eſt Ariſtotelem intelligere, fateor Ramo, mihi etiam, & tibi: immò Ariſtoteli ipſi, Ariſtotelem nunquàm eſſe intellectum, qui intellectu nõ difficilis tantum, ſed etiã impoſſibilis eſt. Quod cum gratia & cõſenſu Rami tibi concedo: ne poſthac ſis ſolicitus: an ſerio & ex animo talẽ Ariſtotelem Ramus oppugnârit. At ſi ne hæc quidẽ, dubitationem tibi

ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ex animo ademerint, peruolue quæ Ramus lib. 2. ſchol. Dial. cap. 9. ſuper eadem ſententia cõmentatus eſt. Atq; hoc pacto Liebleri ſtudium, in euertendo Rami conſilio & propoſito, diſsipatum eſt.

Explicandum nobis porrò eſt, quibus inſtrumentis leges Rameas inceſſat. Rameas uoco leges non Ariſtotelicas. Non enim ueriſimile eſt, eas ab Ariſtotele collectas & inuentas, cum toties cõtrà offendat & labatur: Ramus haſce ab Ariſtotele repudiatas, ſpretas, atq; eiectas, poſtliminio reuerti iuſsit, & cum magna omnium artium, & uſus publici congratulatione, in priſtinam dignitatem reſtituit. Memini Lieblerum olim dicere, cum in eius menſa cum eo uiuerem, leges quidem eſſe optimas, ſed à Ramo aut non intellectas, aut in peruerſum uſum detortas. Quod tamen quomodo fieret explicare mihi potens nõ erat: & ad Epitomen me ſemper in noſtris collocutionibus ablegabat. Sed de inuẽtore nihil eſt, quod ſimus ſoliciti: ſatis habemus animum attendere: an Ariſtotelis Phyſica (de hac enim inter Lieblerum & Ramum controuerſia eſt) ſit ad eas legitimè compoſita.

Ramus exprobrat interpretibus Ariſtotelis, quod hactenus in eorum ſcriptis & maledictorum plauſtris hunc ſyllogiſmum deprælendere non quiuerit: uel pro Ariſtotele: præceptum artis κατὰ παντὸς, καθ' αὑτὸ, καθ' ὅλου πρῶτον, naturâq; prius antepoſitum eſt legitimum. Ariſtoteleæ Philoſophiæ quodlibet

præce-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

præceptum eiuſmodi eſt: itaque legitimum.
Vel contra ſe. Præceptum legitimum eſt κατὰ παντὸς, καθ' αὑτὸ, καθ' ὅλου πρῶτον natura prius antepoſitum. Petri Rami præceptum eiuſmodi non eſt. Non igitur legitimum.

Primus, Lieblerus hanc contumeliam ferre non potuit: ſed eam ulciſci ſatagens: contra Ramum ſic arma capit. *Præcepta artis κατὰ παντὸς, καθ' αὑτὸ, καθ' ὅλου πρῶτον naturaq́; prius antepoſitum eſt legitimum. Omnia theoremata Ariſtotelis (excipio errorem de æternitate mo us & temporis) ſunt eiuſmodi. Itaq; legitima.*

Aſſumptionis ro ur eſt, *quod omnis res naturalis, & ſola & ſemper, or s, obitusq́; ſui principia & cauſſas habet, motui eſt obnox a & infinitæ ſectioni, loco & tempore continetur. Atq; hæc omnia communiſſimè rebus naturalibus, quia tales ſunt, competunt. Rectè igitur in hiſcè libris qui reliquis Phyſicis omnibus præponuntur, & in quibus nullius rei naturalis nota ſpecialis, ſed generales omnium traduntur ab Ariſtotele ſunt explicata. In Phyſicis quidem, quia Phyſica ſunt accidentia: omnium primò, quia omnium prima: & in generali doctrina, quia generalia.*

O robur & fundamentum Phyſices uacillans & debile: in quo nihil adfertur niſi inanis quædam petitio eius, quod in diſputatione erat poſitum.

Res naturalis ſola & ſemper ortus obitusque ſui cauſſas & principia habet. Ergo cauſſarum & principiorum doctrina generalis & Logica, eſt in Phyſica repetenda. Atqui in hac argumentatione antecedẽs falſum eſt: non enim ſola res naturalis cauſſas princi-

pia'q; ortus & obitus ſui habet: ſed etiam artificiales res quod fiant eſſeq; deſinant, à cauſſis habent. Et quæ tamen in argumentatione uis & connexio eſt: Quod cauſſę ſint in Phyſica docendæ, quia res naturales cauſſas & principia ortus & interitus habeant? Certè nulla. Sed καθ' αὐτὸ eſt cauſſarũ doctrinam in Logica omniũ artium cõmuniſsima tradere: eam'q; in Phyſica repetere illegitimum. Proh pudor: nihil ne homines commouere potes? Nulla eſt talis Phyſica generalis, quam Liebſlerus ſibi confingit, de rebus generalibus & earum accidentibus: ſed omnis Phyſica & hæc etiam quam ipſemet tractat, ſibi propoſitum habet corpus naturale, mobile, ſenſui obuium: non imaginarium quiddam aut generale ſolius mentis beneficio exiſtens. Sed illud oblitus eſt hoc loco Epitomicus. Simile eſt. Res naturalis eſt motui obnoxia, infinitæ ſectioni, loco & tempore cõtinetur. Quare, motus, infinitum, locus, tempus, tanquàm communia quædam rerum naturalium accidentia in Phyſica explicanda ſunt. O auarum Phyſicum, qui res omnes in ſuam Epitomen colligere, operam dat. O felicem Dialecticum, qui una conſequentia eaq; leuicula, omnes res in ſuam Phyſicam uendicauerit. Cuius conſequentia ſi ualebit: præter Phyſicam nulla erit artium reliquarum utilitas. Nam omnia quæ aliĳs artibus ſubiecta ſunt, aut corpora ſunt naturalia, aut in corporibus naturalibus hærent. Quare ad Phyſicam referentur:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

rentur: Sed ridicula ſunt hæc quæ ita conclu-duntur: legibusq́ artium & ueritati inimica.

Non abſimilis eſt, contra Ramum Logica: quam, ut in tuo animo aculeos graues, Lector, relinqueret, ſyllogiſmis quatuor de eadem re iteratis, compræhendit. Propoſitione breuitatis cauſſa in animo reſeruata, ſyllogiſmos proponit.

I *Ramus omnia hæc uolens in Logica tractari, regulas haſce regendarum diſciplinarum eſt tranſgreſſus. Non igitur doctrina ipſius eſt legitima.*

II *Ramus Dialecticam non* τρόπον ἐπιστήμης, *ſed ipſam* ἐπιστήμην *conſtituens, leges ſuas oblitus eſt. Non ergò legitimè philoſophatur.*

III *Ramus confundens communitatem Metaphyſicam & Logicam, leges ſapientiæ de materia, formaq́ artium Logicas, uiolauit. Peccatum igitur eius audientium ſibilis eſt corrigendum.*

IIII *Ramus proprietates rerum Phyſicarum, ut ſunt motus, ſtatus, locus, tempus, omnibus entibus & non entibus tribuens & hanc Phyſicam doctrinam in Logicam confundens, regulas ſacras regendarum ſcientiarum uiolauit. Sibi ergò inter doctos Philoſophos, & harum regularum obſeruantiſsimos nullum locum reliquit.*

Hæc contra Ramum inſtituta ſunt argumenta: in quibus confirmandis non rationibus ſed propria autoritate pugnat Epitomicus. Interea non ſentit ſe contra legem καθ' ὅλου πρῶτον imprudenter labi. Nihil enim quartus ſyllogiſmus habet, præter ea, quæ in primo ſyllogiſmo poſita ſũt, & ſub uocabulo OMNIA compræhenſa. Quod ſi factum eſſe negaue-

rit: non uideo quid ſibi uelit primus ſyllogiſmus: & Oedipo quodam ut intelligi poſsit, opus eſt. Quid autem ſyllogiſmus quartus? quid is docet? per Phyſicas Muſas, omninò nihil. Garrit quidem Epitomicus, nō eſſe motum, ſtatum, tempus, locum &c. entibus & non entibus tribuenda: ne ſacræ leges uiolentur: ſed leges uiolari id fiat, nulla euidenti ratione, ſed pro imperio ſuo & faſtuoſè ſatis, rē ita habere, aſſerit. Lex καθ' αὐτὸ contra monet communes rerum proprietates, & adiuncta non eſſe in ſpeciali, cuiuſdam certi obiecti & materię, arte tractādas: ſed ad artem omnium entium, & non entium tractationi communem, referendas.

Syllogiſmus ſecundus, à candidi uiri mente nō uidetur eſſe profectus: Nunquàm enim Ramo ueniſſe in mentem, ut in Dialectica res ipſæ docerentur, ex eius ſcriptis confici poteſt. Percurre Epitomice defunctoriè ſaltem ſcripta ab ipſo edita, & ne γρῦ quidem offendes: unde in hanc de eo cogitationem deuenire poſsis.

In tertio ſyllogiſmo tam obſcurè occulta quædam abſtruſa eſt Philoſophia: ut uoluntaria quadam aſſenſione profitear, me ad eius myſteria penetrare non poſſe. Quid enim ſit communitas illa Metaphyſica, non aſſequor: nedum quid in tam ſublimi & ſubtili Metaphyſices uocabulo contineatur.

Poſt hos ſyllogiſmos ſequitur corollarium quoddam de erroribus ex artibus tollendis,

& in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

& in artium doctrina refutandis. O' utinam? utinam inquam, non nimis eſſet hæc opinio uera & neceſſaria. Tollendi ſunt errores: fateor id, & quidem ingenuè: ſed rectè accipi mea uerba uolo. Quod errores tolli debeant, idem eſt, ac ſi dixiſſem artium pręcepta debere eſſe κατὰ παντὸς, καθ' αὑτὸ, καθ' ὅλου πρῶτα. Hoc ubi fit nullus locus erroribus relinquitur, nedum eorum refutationi: cum nulli reperiantur. Cognita enim ueri definitione manifeſta eſt quoque falſi cognitio. Inutilis eſt labor, cum docueris in Grammatica quomodo nomen & uerbum coniungi debeant, docere quomodo coniungi non poſsint. Ad ſummam, Sophiſtica uitiorum doctrina non eſt homogenea uirtutum doctrinæ: ſed explicatis uirtutibus uitia inde contraria perſpiciuntur. Quare in artibus falſorum refutationes non ſunt inſerendæ. Nam uitioſa eſt definitio ueri, niſi inde falſi cognitio ſit manifeſta. Sed de his: & ijs, quæ in ſyllogiſmis prioribus Ramo obiecta erant ſingulatim oratione longa agere animus non eſt: in ſequentibus, de ijs cum Lieblero copioſè ſatis rationum pondere contendam. En itaq; candide Lector, per ſummas tibi indicatum habes, quid in hiſce Scholis ſit expectandum. Lieblerus conſtituit euincere, Ramum, aut Ariſtotelem non intellexiſſe, aut arrogantia quadam ductum, bene intellecta ut ingenium oſtentaret, oppugnaſſe: non ſine bonarum artium offenſa & tranſgreſsione. Interea dum hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

fiunt, quæ ſit Phyſicæ Ariſtotelicæ uera ſententia & utilitas, docere, omnes neruos intendit. Ego contrà, Ramum ſine omni culpa ab Epitomico ſugillari & uellicari, obtinebo. Lieblerum nihil Phyſicum ſed nugas inanes & Logicas quaſdam argutias docere demonſtrabo. Idq́; non ſine maximo ſtomacho legū iuſtiſsimarū fieri, rationib. & argumētis euidentiſsimis, & ueritate ipſa teſtabor. Tu fac, candide Lector, cui hoc aruum cōſeritur, hæc ſeges deputatur, cui laboris huius qualiſcūq; meſsis cōparatur: ut omiſſa & depoſita hactenus cōcepta, de meo antagoniſta, opinione & perſuaſione, Logicū & liberum iudiciū aſſumas: argumentis argumenta, res rebus, non perſonas perſonis opponas: Ariſtotelisq́; leges in conſtituendis artibus ſolidorum iudiciorum magiſtras ante oculos habendas recorderis. Quæſo per Deos Phyſicos, ut Philoſophiæ ueritatem pluris quam Philoſophi ullius, quantumuis magni, autoritatē facias: neq; tuæ naturę infirmitatem potius accuſes, quod tam alta, recōditaq́; myſteria intelligere nequeat: quam fallacē, fallacis opinionis, perſuaſionem: quam iudicij tui uoluntariam ſeruitutem deteſteris: cogitesq́; adeò ſingulare rationis lumen animo tuo ingeneratum & accenſum, ut turpiter extinguatur, nō eſſe patiendum. Dum enim in noſtrum Philoſophum modeſtus uideri uis: caue ne teipſum & Deum tuum conditorem offendas. Talis poſtremò ſis in noſtra cōtrouerſia decernen-

da,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

da, qualis fuit in Platonis Philoſophia Ariſtoteles. Immò potius cõtende ut Ariſtoteles quidam tibĳpſi ſis, aut etiam Ariſtotele præſtantior magiſter, ſicut Ariſtoteles alter Plato, aut etiam Platone præſtantior eſſe uoluit. Hoc animo ſi ad cognoſcendam & decernendam noſtram cauſſam acceſſeris, in ſpem inſignem erigor, fore ut Hydrã Sophiſticarum & nugarum, quæ multos annos mentes hominum occupauit, expugnem & ſuperem. Hydram dico: nam fabuloſum & poëticum monſtrum nõ fuit, ſed fallax & captioſus Sophiſta, cõtra quem Hercules diſputauit: qui, cum ſe uictum rationibus ualentibus ſentiret, aculeato aliquo ſophiſmate tamen de integro certamẽ renouaret. Amputaueris mendacia & capita Sophiſticæ Phyſicæ Hydræ: pro uno capite, ſeptem diſtinctione aliqua reſtituentur. Herculis conſilium contra has Hydras imitemur: igne cõſuetudinis & uſus, atq; humanæ prudentiæ flamma monſtra illa crememus & comburamus: naturalis uſus & tam ſplendidæ ac corruſcæ ueritatis flammam diutius non perferent: exurentur & conflagrabunt. Hac itaq; ſpe ad ſequentes operas contendo: tu Lector candide, Vale.

Errata quæ nobis inuitis irrepſerunt, ſic candide Lector emendabis.

Pagina 7.lin.24.lege aurem 9.11. Mileſium. Ibid. lin. 24 .Ariſtotelis. 30.20. Aeſopicam. 35.16. principia.36.29. interpretatione. 40.26.ſe. 43.1. dare.15.25.De expungendum eſt.48.8.partæ.69.21.naturam.72.4. notari.75.18.Logice.78. 2. quædam,83. 20. effectus. 115. 6. ſed propria. 131.6.uereri.Ibid.9.te.Ibid 16 commemorare.137.2.Logicophyſicum.138.9.proprius 139 21. communem.146.20. Quamuis. 149.ult.ab.150 20. conſectarijs 156.ult.Epitomico.157.3.profectione,163.10 numerari 168.21 mutationis 176.5.aquæ 185.21.& 186.25.contrario.187.1. uendicat. 212.23.cumulandis.224 13.uacabis.230 3.inuolabit 244.4. toto. Reliqua cordatus Lector propria diligentia reſtituet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

21

SCHOLAE IN PRAEFA-TIONEM EPITOMES.

QVO'D me ad auguſtas, & Sacroſanctas confor mandarum, & tradendarum artium leges, Georgij Liebleri Epitomen Phyſicam, in Ariſtotelis libros Acroamaticos examinaturum, & in tollẽdis eius erroribus, tanquam cauterium quoddam, ſanctiones illarum adhibiturum, recepi: id nunc aggrediar. Et in ſingulis ordine capitibus, ſub incudem reuocatis, quàm parcè atq; adeò malignè, præclaro & nunquã ſatis laudato earum præſcripto ſit obtemperatũ, demonſtrabo. In hac itaq; operis prȩfatione, quid ſit Philoſophicum & Phyſicũ difficilè eſt inuenire. Diſputatione quadã Grãmatica aut Logica repletur: cuius pars falſa, pars à propoſito aliena eſt. Quinq; enim uocabuli Philoſophiæ enumerãtur ſignificata: Primũ, Secundũ, Quintũ: cũ ſint à propoſito, & ueritate heterogenea, prudenti conſilio, & uteriore ſententia ab Epitomico contemnuntur. Iudiciũ hoc, ſuffragio legis κατὰ παντὸς ſtabilitur: quæ, ſemina

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

inutilia, & nociua, inimici cuiuſdã opera, in agrum Phyſicum inſita: euellere ſeuerè mandat. Inconſtantiæ maculam uix effugiet agricola, ſi quę iam terræ commiſit ſemina, cõfeſtim pedibus conculcauerit, aut ſuſtulerit, ne fruticentur. Idem iudicium erit de Philoſopho, qui doctrinæ nuper traditæ, palinodiam temerè cantat. Qualis eſt hic noſter Epitomicus. At fortaſsis laudem ſibi parari iudicauit, ſi unã & eandem materiam, eamq́; uanã, & falſam, nunc confirmando, nunc refutando, acumen ſuum oſtentaret. Quod tamen Sophiſticum eſt. Philoſophi enim in eo conſiſtere ſapientiã, & gloriam, nullis poteſt rationibus ueriſimile mihi fieri. Sed eſto ſanè, ut Pręfatio oſtentationis, & uanitatis crimen effugiat. Quid tandem ea efficitur? Quid ſibi uult? Apponit ſeu ſubſumit ex ea complexionem Epitomicus nullã. Vſus nullus exindè demonſtratur. Sed ut initium temerè ſuſcipitur: ſic principio, & medio finis non eſt abſimilis. Reſpondebit Epitomicus: *In hac Præfationis diſputatione duas ſibi probari Philoſophiæ acceptiones: tribus ſolummodò repudiatis.* Quid tum poſtea? Retineat ſanè omnes quinq;: modò ſuos libros, & chartas, quæ in publicum eduntur, ijs non oppleuerit. Solus ijs delectetur: Et diſcipulos, quos

domi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

domi ſuę educandos ſuſcepit: ſuæ ſapientiæ participes quin faciat, nemo pugnat. Publicè muſcerdas pro pipere diuēdēdas non eſſe contendimus. Quod tamen factū in hac Pręfatione ſatis clarè conſtat. Siquidem ex quinq; enumeratis Philoſophiæ diuiſionibus tres repudiantur. Duę ad rem nihil faciunt. Nec tamen ſi facerent ad propoſitum: qua de cauſa ſint hûc allatæ: aut quid hîc efficiant, declaratur. Atq; talis eſt in epitomen Præfatio. Hoc nauigationis in mari Phyſico initium. O' Commilitones ſtudijs rerum naturalium dediti, cauete ſedulò, ne cum hoc nauta nauem imprudentes conſcendatis. Qui enim in ipſo portu tam turpiter impingit: ſanè quàm facilè, altum, & profundum mare ingreſſus, ſe cum tota uectura, & naui ipſa in periculum adduxerit. Sed ſperanda meliora, & ad ſequentes operas properandum. In quibus Epitomicus recoctum ferculum, & putre ſatis nobis reponit. Philoſophiæ tres antea fuêre partes. *Prima Philoſophia: Matheſis: & Phyſica ſpecialis.* Nunc eædem Phyſicæ fiunt partes: & alio conditæ aromate, tanquā recenter coctæ reponuntur: ut ex hac arte coquendi Phyſica & Philoſophia, cū ijſdem ſint conſtitutæ partibus, unum & idem eſſe cenſeantur. Sed neque hoc fercu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

lum cùm ingratum habeat ſaporem, diu admodum Epitomici palato arridet: quin ut maſticatum fuerit, expuitur: cùm uocabulum minùs propriè ad hanc rem uſurpetur, quod neque rei, neque uoci, de qua hîc ſermo eſt, congruat. Alia res ea eſt Phyſica, cuius gratia hæc compilata eſt Epitome. Quam ſententiam ueriorem laudo: Et ſimul addo nefas eſſe, hæc peregrina, impropria, falſa: in Phyſicam adducere. Heterogenea autem ſunt in Phyſica, de uocum ſignificationibus, examina: & ad corporis mobilis naturam intelligẽdam, extranea, Grammatica id ſibi iuris uendicat.

His ita ab ipſo autore noſtro reiectis: ſequitur Phyſicæ, de qua hîc agitur, duplex definitio, Nominis, & Rei. Nominis definitio, notatio aliâs dicta: tantùm, ac præcedentia, ad Rhombum, qui iam conformatur, ſpectat. Rei definitio propiùs accedit ad inſtitutum. *Definitur autem Phyſica. Scientia ſubſtantiarum ſiue corporum.* In qua definitione breuis eſſe laborat Epitomicus: obſcurus fit: & in tam difficiles ſpinas ac labyrinthos inducitur: ut niſi filo quodam Ariadneo, illi ſubuentum fuerit, uix egrediundi uiam ſit inuenturus. Sic enim ex definitione tanquàm Syllogiſmi propoſitione prima appono:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Nihil eſt in Phyſica, quod non ſit ſubſtantia.
Nihil eſt in Phyſica, quod non ſit corpus.

Appono,ut dixi. Principia, Tempus,Motus, Locus, Infinitas, Æternitas, non ſunt ſubſtantiæ,nec corpora. Quare in Phyſica locum habere nequeunt. Quid agis, per Iouem, Lieblere? Ciuibus, in Phyſica tua ſummis,&chariſsimis,extremũ paras exilij periculũ.Et tua Phyſica uix unum,aut alterum retinebit incolam.Niſi quos tua definitione exulare coëgiſti,mutata ſententia reduces feceris. Quòd tamen propter imprudentię ſuſpicionem fieri non poteſt. Vulgus enim hominũ riſui hunc expoſuerit iudicem:qui uno ſpiritu,&uno iudicio: reum abſoluit, & cõdemnat: Ciuem in exilium propellit,& eundẽ ciuitate, facti pœnitẽs,mox iterum donat.Quaſi duo parietes una fidelia dealbarentur. Quid, quod, propoſitio ſequens, definitionem re & uerbis mirificè confirmans:poſteriori huic iudicio intercedet? Quæ nihil in Phyſica admittit: niſi fuerit corpus naturale motui obnoxiũ. Hoc cùm ſint orbata priuilegio, Motus,Tempus,Natura, Principia &c. Nihil eſt quod aliquam de reditu in Phyſicã ſpem concipiant. Imò ſi amplius hũc reſpicere ſuſtinuerint:ſeueriorem longè ſententiã experientur.Sed fallor: adhuc enim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

illis una ſpes reliqua eſt. Nam ſi Mercuriū, aut Prometheum, neſcio quem, exoraue-rint: ut in corpora ſenſilia motui obnoxia transformentur: poſt reſtitutionem in inte grū cauſſa ipſorū denuò cognoſci poterit. Ad hæc dumeta, accedit ſpinetum omniū denſiſsimū, de Thalete Mileſio: qui ab Ari-ſtotele, & Cicerone, inuentor Phyſices ce-lebratur: Lieblero aſſentiente: hæc uerè il-lius palma eſt. Hic ſolus autor, parens & in uentor Phyſicæ laudatur. Res mira: & do-ctis adoleſcentum ingenijs uix perſuaſa: Adamum, Patriarchas, reliquosq́; diuinos, & à Deo partim mediatè, partim immedia tè, edoctos homines: tanquam mutas pecu des: & beſtias irrationales, hæc tam miran da, Dei Opt. Max. opera inſpexiſſe. Admi-ror, Ariſtotelis autoritatē, Lieblero omni-bus ſacrorum librorum documentis & uo luminibus, gratiorem, chariorē, antiquio-rem eſſe. Malo ego cum Moſe, qui Adamū Phyſicum ſapientiſsimum fuiſſe literis pro didit & memorię, errare: quàm Liebleri, in arripiendis oraculorum more Ariſtoteli-cis dictis, diligentiam obſcuram æmulari. Excuſari tamen poteſt, Liebleri de inuen-tore Phyſices, iudiciū: modò illud hoc pa-cto audiri uelit: Quod ſancti patres, ante Mileſium, Phyſices, i. harum nugarum, qua

les hiſce octo libris immiſcētur, ignari, inſcij & rudes fuerint. Ita iudicanti & ſenten tiam perplexam declaranti me adiungo. Talis Phyſicæ autorem, patrem, & inuentorem: Mileſium, Ariſtotelem, aut aliquem Zenonem fuiſſe, nunquam in controuerſiam uocabo.

Producitur deinceps ex hoc ſpineto, ſur culus quidam, eius proprietates repræſentans. *Finem Phyſicæ in ſola contemplatione & cognitione ſitam.* Fruſtrà igitur ſoliciti ſunt: qui Dei gloriam ex prudēti, & ordinata rerum creatione, magis, magisq́; eluceſcere arbitrati ſunt. In ſola enim contemplatione creatarum rerum poſitus eſt finis: Deus ſibi gloriam, quæ in laudis actione potiſſimū conſiſtit, nullam inde quærere uoluit. Arrigite aures, & animos medici: naturæ perſcrutatores, & induſtrij indagatores: Deſtillationum, Præparationum, Itinerum labores, quibus inſomnes dies, noctesq́ue tribuere ſoletis, ne faceſſant uobis negotium. Hoc Phyſico iudice, otioſi uiuatis. In utramuis autem ſecurè procumbite, & ſomnum capite. Satis erit, uos Metallorum, Herbarum, rerumq́; aliarum proprietates perui diſſe. Sola contemplatio uos ſatiare debet. Manus ab omni actione continean tur. Heu uos Aſtrologi, cœleſtium corpo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

rum uirtutibus cognoſcendis, toti dediti. A' propoſito deſiſtentes, uigilijs, obſeruationibus, & Herculeis ueſtris laboribus, ne quæſo uobis morbos periculoſos, & noxios contrahite. Vt boues, & pecudes contemplari, & admirari cœlorũ lucida corpora ſufficiet. Plurimum utilitatis hinc etiã familiæ ruſticorum cedet: qui actum agent, terræ ſemina committendo: ſtomacho latranti opem feret, dulcis & ſuauis de ſeminibus cogitatio. Agricolis ſolùm curæ erit: ad hanc contemplationem ſe ociosè, ut comparent. Sed uereor, ne id graue futurum ſit. Quapropter hæc controuerſia, ad Theologos, Medicos, Aſtrologos, & Agricolas deferatur: Tribunal illi conſcendant, & iudicium ferant: An ſola rerum naturalium contemplatione cõtenti eſſe poſsint. Qui iudices ſi unanimi conſenſu pro Epitomico non pronunciârint: nec ego permittã Phyſices finem in ſola contemplatione conſiſtere. Sed quã apud Lieblerum gratiam inueni: dũ è prioribus anguſtijs mea opera eſt liberatus: adaugere enitar: & hunc ſimiliter nodũ diſſoluam. Itaq; pro eo ſic dico. Quod huius Phyſicæ, & ſubtilitatum, quas ex ſuo Ariſtotele in Epitomen tranſtulit, finis ſit contemplatio: non actio, id eſt, nullus in uita cómuni uſus. Sola hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

la hæc Phyſica Epitomico adeò placet: ut,
alterius cuiuſdam in actione poſitæ, noti-
tia ſpreta, huius contemplatione conquie-
ſcat. Si aliam ab hac diuerſam, requi-
ſiuerint, Theologi, Medici, Aſtrologi, A-
gricolæ: in mora illis non uult eſſe Epito-
micus: nec eorum commoda cupit in ſe
claudier. Dic Lieblere, Nónne iam tuam à
calumnijs uindicaui Phyſicã? Tuam defi-
nitionẽ? Tuę Phyſices ſubiectum? Et quod
graue erat, retinuiſti mea opera Meliſſum
eius autorẽ. Tutemet iam poſt definitio-
nem: quomodo tuam Phyſicã partiaris, do
ces. Cui tñ diuiſioni, docte Phyſice, à legib
bonarũ artium ſumoperè timeo. Confuſa
quædã in ea uerborũ cógeries eſt, διχοτομία
iuſta, & legitima nulla. Neq; etiá quomo-
do ad præſens inſtitutũ de rebus Phyſicis
rectè pertineat, lex καθ' αὐτὸ ſuſpicari po-
teſt. Aut enim omnium librorũ Phyſico-
rum, qui ab Ariſtotele conſcripti ſunt, enu-
meratio, & cómentarius eſt. Aut tuam E-
pitomen, eiusq́; membra pręcipua ſibi ex-
plicanda proponit. Ariſtoteles opera Phy-
ſica, ſi eá reſpicere dixeris: indignabit lex
καθ' αὐτὸ, heterogenea hûc inſeri: quæ à pro-
poſito longè ſint aliena. Atqui etiá ſolîus
Epitomes diſtributio, quod tamen ſperaſ-
ſem, & quod factũ oportuit, eſſe nequit. Cũ

hæc enumeratio plurima librorum nomina, & titulos habeat: quorũ inpoſterũ nulla fit in Epitome mentio. Sat tibi uiſum eſt, eos enumeraſſe: noſq́; diſcendi cupidos in bonam adduxiſſe ſpem. Quod utrunq; repræhenſione non caret.

Poſtremo loco ut Chartaceæ hæ nugæ, in maiorem molem excreſcerent: logica diſputatio ὁδοῦ πάρεργον inſtituitur. *An ſingularum rerum ſit ſcientia?* In cuius quæſtionis deciſione, cùm noſtræ cócordent ſententiæ: *uidelicet, ut uniuerſalia, ſic ſingularia ſuo modo perfectè ſciri & cognoſci*: Nolo nodum in Scirpo quærere: & ſine graui cauſſa à te diſſentire. Tu ſaltem memineris Rami armis, neci & obliuioni traditum, demonſtrationis monſtrum: non eſſe ad ſuperos reuocandum. Sic itaq; de huius quæſtionis ueritate, ſententia Epitomico, & mihi, una eſt. Quáuis præſenti pedi: & diſquiſitioni de rebus naturalibus: minimè aptus calceus, legi καθ' αὐτὸ iudicetur.

En itaq; Epitomice, tua Prolegomena: Quorum partem corrigo: partē reijcio: nó priuato, ſed legum iuſtiſsimarum iudicio & mádato. Nunc tibi, ut fœtus illius quem imperfectum, & illegitimum progenuiſti, membra lambendo cóformes, natalibusq́; eum iuſtis reſtituas, incumbit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

SCHOLARVM PHYSICARVM LIBER I.

IN CAPVT I.

SEQVITVR in libros Acroamaticos Procœmium aliud: ut huius Epitomes, quo eſſet nobis acceptior, duplex ſit præfatio. Sed fruſtrà, uereor, ne ab Epitomico hac in parte laboretur: Cùm in deſertis ſaltibus, ſpinetis obrutas ſegetes, inuenire perquàm graue ſit: ni facem illam ardentem, ac luculentam Ariſtoteleorum principiorum, & legum, de præceptis catholicis, & methodicè diſpoſitis: deq; fine & partibus huius doctrinæ præferamus. Sed agedum. Quid præfatur ſecundo loco Epitomicus? Quid proponit? Theſim communem nullam ſibi proponit. Specialẽ de principijs doctrinam nobis commendat: *à quibus tãquam à notioribus, ad obſcuriora, & ea quæ nos latent: iter ſit expeditum.* Ac quia è ſuo, aliorum metitur ingenia, id eſt, nos melancholicos ingenioſos, ſapientes eſſe exiſtimat, propoſitionem, & complexionẽ ſyllogiſmi, in unum enunciatum confundit. Quæ tamen adhûc quadantenus poterant intelligi: ni, quod caput rei eſt, ueritatem ipſam

deſi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

deſideraremus. Deinde Ramo temeritatis & iudicij erronei culpam impingit: qui inique Ariſtotelis exiſtimationem, quæ hactenus, ab omni erroris nota ſarta & tecta permanſerit, eleuarit. Tandem euincit hanc præfationem λογικωτάτην, in operis tanti initio neceſſariam: *ut lumen, ſequentis doctrinæ obſcuritati* (ſi dijs placet) *adferat*. Repugnantiã autem Ariſtotelis, in hoc & alijs capitibus, puerilem, nec temporis iactura dignã iudicat. *Quod ſolius ea Schegckij autoritate, & diſtinctionibus, componi poteſt*. Hem aſtutias hominis, prudentiam dicere uolebã. Neceſſitas cogit Logicam, in Phyſica, de methodo contra leges artium inculcare. Logica certè doctrina hæc eſt: De methodo enim, deq́; modo generalia ſpecialibus declarandi, præcipere Logicorum eſt: ab ijs ea doctrina perdiſcatur. Appellet itaq; quantum libuerit ad neceſsitatẽ Epitomicus: tamen nũquam obtinebit, nõ eſſe impoſtoris, aut imprudentis, Dialecticam in Phyſica, pro homogeneis heterogenea adoleſcentũ animis obtrudere. Hoc primum fuit capitis ulcus. Alterũ medici manum tanquã ignitum ferrũ abhorret: ut deſperatum iam ſit. Suggerit enim nobis Epitomicus controuerſias quaſdã, quas ad Schegckiũ nos remittendo non diſſoluit. Aut eum non

pro-

propoſuiſſe eas oportuit: aut poſtquã erant propoſitæ, diſſoluendæ fuerunt. Emiſſo telo fugit. Fixit crucẽ, ubi cruciari lectorẽ uoluit: is ſibi loco cauit. Et reſpondit propoſito euentus. Nam non ſolũ Epitomes lectores, ſed omnes Ariſtotelis interpretes, hîc eſſe cruciatos certũ eſt nimis. Veruntamen dicat Epitomicus: *Præterij eas breuitati inſtitutæ ſeruiens: Schegckius eſt conſulendus.* Concedo. Res ipſa hoc loquitur. Sed Rhetorica præteritione ualdè incongrua præterijſti: Quæſtione difficillima, & nodo Herculeo demonſtrato: cuius ſolutionẽ neſcis. Talis præteritio neutiquã audienda eſt. Sed manus operi admouendæ. Nodus diſſoluendus. Ariſtotelis antilogiæ, quæ etiã Epitomici ſunt, in concordiã reducendæ. Sic autẽ habent. A' notioribus nobis ꝓcedẽdũ eſt in Phyſica. Atqui *συγκεχυμένα*, qualia ſunt ſingularia, ſunt notiora nobis. Quare ab ijs principiũ rerũ Phyſicarũ deducendum eſt. Vterq; Phyſicus huius argumenti immemor, cõtrarium ſectatur, in Phyſica hac, ordinem. Et cùm à confuſis, & ſingularibus eſſet inchoandũ: à ſimplicib. & communioribus initium fit: nempe à rerum principijs. Quæ nequaquã eſſe confuſa, ſed maximè ſimplicia: ſenſusq; omnes effugere, abundè noſtri Philoſophi, & magna

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

gna cum cōtentione ſunt peroraturi. Quā in re, clariori luce opus non eſt: cùm etiā cæcus perſpiciat, nihil magis confuſione, à principiorum ſimplicitate & natura, eſſe alienū. Cùm igitur hæc det noſter Phyſicus præcepta: quæ ſibi ipſi non ſumpſerit: Idē eſt ac ſi profiteatur ſe itineris ducem eſſe in eum locum, à quo lōgè diuerſus abſcedat. Alia Ariſtotelis dicta: quæ hîc etiā impingunt, uſq; dum mihi præſens hæc animo adēpta fuerit antilogia, reſeruabo. Quòd arbitror fore nunquam. Quin procliuior ſum ad credēdum cum Ramo, dormitaſſe profundiùs Ariſtotelem, & Sphæram æneam in peluim non incidiſſe ſubiectam. Aut etiam incuria, & imperitia librariorū contrarium uocabulum pro legitimo: uniuerſale pro ſingulari, calamo ſubrepſiſſe. Tortura interpretum omnium ferè, hic locus fuit. Qui dum lucem Ariſtotelis obſcuritati afferre uolunt: maiores tenebras apportant. Dum obſcura dubijs illuſtrare conantur: dubijs obſcura perturbant. Ad ſummā: eodem ferè modo omnes, quo Epitomicus, re deſperata, & imperfecta, ſe ſubduxerunt. Quotusquiſq; aūt inuentus eſt interpretum, qui Ariſtotelis errores, cui libertatem iudicij omnem uendiderunt, profiteri ingenuè ſit auſus? Attamen præter noſtrum

ſtrum

ſtrum Ramum,qui omnem ſeruitutẽ eiurâ-
rat:Franciſcus Vicomercatus, aliâs Ariſto-
teli ualdè addictus: poſtquàm nullas,effu-
giendi hos laqueos, ſemitas Ariſtoteli in-
uenire poterat: intrepidè errorẽ agnoſcit:
quem tamen ad Ariſt. autoritatem ſedulò
reſpiciẽs,tineis Appelliconis eleuat,&ex-
cuſat. Locus, quem pro hac ſolutione, ex
Strabonis lib. XIII. Geographiæ citat, ſic
habet. Ariſtoteles,& Scholã, & Bibliothe-
cam reliquit Theophraſto: Qui primus o-
mnium quos ſcimus libros cõgregauit: &
Ægypti reges Bibliothecæ ordinem do-
cuit. Theophraſtus uerò eam tradidit Ne-
leo. Neleus eam Scepſin detulit: ac poſte-
ris dedit,hominibus ſanè imperitis: qui li-
bros incluſos, & negligenter poſitos tene
bant. Cùm Attalicorum regum ſub quibus
erant,ſtudia ſentirent conquirendorum li-
brorum:ad inſtruendam eam Bibliothecã,
quæ Pergami erat:eos in foſſa quadam ſub
terra occuluerunt,quos,& tineis,& humi-
ditate labefactos, tandem qui ex eo gene-
re erant, Appelliconi Teio tradiderunt,ma
gno emptos argento. Appellicon, ut qui
magis librorum eſſet ſtudioſus,quàm ſapi-
entiæ, uolens corroſiones emendare, eos
transſcribendos dedit, ſcriptura non rectè
ſuppleta. Quapropter libros edidit errori-
bus

bus plenos. Hæc Vicomercatus habet ex Strabone. Qui paulò pòſt addit: Ipſius Appelliconis bibliothecã, poſt eius obitum à Sylla Romam translatã fuiſſe, & ad Ariſtotelis librorũ errores multũ contuliſſe librarios, ſcriptoribus non bonis utentes, nec ſcripta conferentes. Quod in his libris fieri ſolet, qui uendendi transſcribuntur. Fieri igitur facillimè poterat, ut unũ uerbum, aut alterũ, aut propoſitio aliqua deſit. Vnde illa obſcuritas, & repugnantia, non huius ſolũ loci, ſed per omnia ſcripta illa, quæ ſub nomine Ariſt. iam prodeunt, generata ſit. Sed labor longius. Eò reuertar unde digreſſus ſum, finemq; primo capiti imponã. Cuius doctrina tota eſt logica. Ita tamen logica, ut eam logicæ leges, nec in Phyſica, nec uſquam in tota liberalium artium ciuitate propter falſitatẽ, & repugnantiam commorari patiantur.

IN CAPVT II.

SEcundum caput immobile, & unum omnium rerum principium: Meliſsi infinitũ: Parmenidis terminatum, ſeu finitum, impugnandũ ſumit. Quos tamen Philoſophos, Ariſtoteles ipſe duplici nomine, ſua indignos diſputatione iudicat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Quod contra eos tanquàm tollentes principia: Quod contra eos tanquã abſurdas ponentes Theſes non ſit diſputandũ. Poſtea tamen aliter perſuaſus: non alienũ arbitratur ab inſtituto contra utrunq; paucis agere, cùm talis conſideratio, & in eorũ cogitata inquiſitio: Philoſophiam quandã habeat. At quomodo diſputatio de abſurdis enunciatis: de falſis propoſitionibus, quales ſunt Ariſtoteli, Meliſsi, & Parmenidis ſententiæ cũ lege κατὰ παντὸς congruit? Vera docenda ſunt in artibus, quæ etiã ſunt neceſſaria. Quorũ exquiſita inſtructus cognitione, falſis reſiſtere quiuis facilè poteſt.

Ingreditur quoque noſter Epitomicus, hác in Philoſophos reprehenſionẽ, non ſine offenſione legis καθ' ὅλου πρῶτον. Nam ſi rectè & ex ordine principiorũ explicaretur doctrina: Definitio primũ locũ obtineret: unde poſtea de falſis, & rixis inutilibus iudiciũ erat proferendũ. Nec redeo iam ad illas argutias, & ſubtilitates. Quod ſemouenda ante definitionẽ fuerant falſa, & ambigua. Cùm ridiculè illud dictũ ſit, tanquã definiendo non ita res exponatur, ut tam ab alijs ueris, quæ diuerſa tamen ſunt, quã à falſis diſcernatur. Attamen licebit Epitomice, dicas, quod contra unicũ principiũ habes. *Non eſt tantũ unum*, inquis, *rerum natura-*

 lium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

lium principium : nam unum ex ſeſe aliud procreare non poteſt: alioquin reuera unum eſſe nõ poteſt. Neq; etiam cum alio congrediens nouum quiddam conſtituet, & efficiet. Hæc ſunt Liebleri impedimenta, quibus unum principium inſectatur, ab Ariſtotelis rationibus longè diuerſa, cùm earũ debilitata & proſtrata à Ramo uis, ab Epitomico ſit deſperata. Nihilominùs tamen hęc ſimiliter debilitentur. *Quod unum eſt, ex ſe aliud procreare non poteſt.* Confirmatione opus habet propoſitio, qua deſtituitur. Lieblerus ſperat tantũ ſibi gratiæ dari à lectore, ut quã ipſe progenuit propoſitionẽ, hic pro uera arripere uelit. Sed lector hanc diſputandi legem amplecti renuit, imprimis in præſenti Theſi, quę adeò eſt ueritati contraria, ut etiã Deo bellũ inferat, à quo ſolo omnia prodiêre, cui coadiuuantes cauſas ſacræ literæ contribuunt nullas. Anima quoq; hominis à Deo liberrimè cõdita, omnes hominis actiones perficit, quaſdã per media, quaſdam abſq; medijs. Quid igitur impedit principiũ unum aliud quidpiã ex ſe procreare? Cũ in iſtam ſententiam omnes rerũ proprietates deſcendãt, aut ut deſcendere ſibi permittatur ſupplices rogãt, ni ſe uirib. ſuis ſpoliari huius Propoſitionis autoritate, patiẽter tulerint. Atq; hac uia malè ſucceſsit Epitomi-

co,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

co: ingredienda alia eſt, ſi Parmenidem, & Meliſſum de principio unico diſturbare, & præcipitare uelit. Sed quid cogitas Epitomice de principio eodē, infinito etiã dicto? Opinor hoc quoq; te offendere. Quod tale principiũ unum nõ poteſt eſſe infinitũ magnitudine, & numero. *Nam ſic res, quæ ex eo naſcuntur, uerè infinitæ eſſent.* Idē hîc eſt morbus qui priùs fuit. Idem remediũ eſto. Non enim quia Deus infinitus eſt, omnia ex nihilo creans: propterea creaturæ iiſdē donis ornant̃. In argumēto hoc nulla adeò eſt firma connexio, ut Deũ, aut etiã creaturas eò adigere poſsit. Meliſſus & Parmenides facilè per te, de principio unico gloriabuntur, niſi tuã ſententiam incredibilis impietatis plenã, rationibus firmioribus ſtabilitã, animoſiùs defendas. Id quod etiã tibi cũprimis neceſſariũ eſt: ut noſtram fidē aucuperis. Nam tua autoritas, quã oſtentas, & terror in uerbis panicus, quem iniicere nobis tentas, dũ ais: EGO PVTO, EGO CREDO, RAMVS ERRAT, &c. nihil nos mouere poteſt, ſed riſu dignè excipit̃, animũ & cogitationes noſtras nõ pcellit. Ac tametſi uellemus tibi ſæpiùs gratificari, tuaq́; uerba pro oraculis Delphicis aſſumere: tñ p legē κατὰ πανὸς, q̃ ueritatis eſt ſtudioſiſsima, & obſeruantiſsima, id integrum nobis non eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

IN CAPVT III.

PErſonam militis illius Comici ſuſtinet hoc capite Epitomicus. Iniuriam, à Ramo, accepiſſe Ariſtotelē inſignē, perſuaſum habet: quàm ulciſci conſtituit. Rami, tamen, ut miles ædes, argumēta intacta reliqt. Nec, ut ad ea hiſceret, ullo modo potuit adduci. Ne ſe temerè periculo committens belli tumultu opprimeretur. Ac ipſus ſibi egregiè loco cauit, & poſt principia alijs ſignum dat, Ariſtotelis periculo bellum hoc cōficiendum ſuadet. Profectò ſtultè non ſapit, qui malit ſpectator, quàm actor eſſe tragœdiæ. Sed tamen eſt, ne illud ſtrenui in bello Philoſophico militis, ducē ab hoſtibus undiquaq; cinctum, eorumq́; telis ab omni parte expoſitū deſerere? Accede ad rem, tuumq́; Ariſtotelem, telis Rameis ereptum, tanquam ſub Aiacis clypeo defende. Tela in eum emittuntur plurima. Deſideratur in eo boni Philoſophi officiū: qui ſi uelit, ut uult, in mendacijs excogitandis felix uideri: non tamen fuiſſet boni Philoſophi, id falſò alteri aſcribere, & aliorum benè dicta aliter ac dixerint accipere. Conquerentur Parmenides, & Meliſſus, ſe nunquam id animo cogitaſſe, quod falſò illis

Ari-

Ariſtoteles affingat. Verùm ſe audiri uelle, de prima cauſſa efficiente, uno, immobili, omnia mouente: cuius laudes Ariſtoteles huius operis libro VIII. proſequitur. Nullus igitur uerus Parmenides & Meliſſus accuſatur, & laceratur, ſed quem ſibi finxit Ariſtoteles, quem luderet: hunc ut lubet, ludibrio ſatis, ſuperq; habeat. Nolo multum laboris in eo collocare: ut probem eos de Deo dixiſſe, quem unicum omnis mutationis, & inſtabilitatis expertem eſſe, agnouerunt. Tutémet Epitomice, èx conſenſu Ariſtotelis, libero ore, & integra ſententia id confiteris. Interpretes, maxima ex parte, hûc ſuffragia conferunt. Ac quid dixi te mecum confiteri: cùm neſcio quo mentis morbo, aut qua obliuione, idem quod iam affirmaſti neges? Terentianus uideri & ſalutari cupis? Cui idem affirmare & negare, nunc eſt quæſtus longè uberrimus. Sic enim tua quæ ſequitur, priore ſpreta ſententia, habet oratio: *Sed cùm hoc loco quæreretur de principijs, è quibus res naturales eſſent cõſtitutæ, non per quod, uel à quo eſsent effectæ, quod nos diuina docent oracula, uel à quo penderent, ut Ariſtoteles ſenſit: principium illud remouendum fuit, cuius contemplatio altioris eſt, & eminentioris Philoſophiæ quã hæc ſit. Et quia hæ rationes, atq; argumenta &c.* uide ſequentia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Adeò ſunt hæ rationes ieiunæ & frigidæ, ut ferri nõ poſsint. I[a]. *Quia agitur de principijs ex quibus naturales res conſtituuntur: Deus remouendus erat à Phyſica.* II. *Rationes Philoſophorum non probant Deum rerum naturalium principium: quod illas, uel effecerit, uel cõſeruet: Sed unum tantum rerum naturalium principium. Rectè igitur Ariſtoteles ſententiam, quæ ad eorum argumenta ſequeretur, non quam ipſi intelligerent refutandam ſibi exiſtimauit.* De utraq; ratione uidebimus. Prima ratio ualdè friget: cui tamẽ ſimilem interpretes Ariſtoteli excuſationem comparant: Theologos ideò refutandos, ne eorum autoritate, tanquam de Phyſicis dicerent principijs, imperitorum mentes in errores inducerentur. Qua ſanè ſpecioſa ratione & ſubterfugio, omnium ſciẽtiarum, & artium ueritas in dubium uocatur & reprehenditur. Accuſabis eadem licentia, eodem iure & lege: Geometras, Medicos, Aſtrologos, ne etiam eorum principia pro Phyſicis uulgus acceptauerit: nam in hunc errorem procliuior uia eſt. Sed mane: Ne tibi dubius autor proponat: Ariſtotele doctore cõfirmo, licitum eſſe, in Phyſica, ſummum principium, & primarium, Deum retinere. Libri 2. cap. 7. in hunc modum loquitur. Διτταὶ δ' ἀρχαὶ αἱ κινοῦσαι φυσικῶς, ὧν ἡ ἑτέρα οὐ φυσική. οὐ γὰρ ἔχει κινήσεως ἀρχὴν ἐν ἑαυτῷ. τοιοῦτο δ' ἐστὶν, εἴ τι κι-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

νεῖ μὴ κινούμενον ὥσπερ τό,τε παντελῶς ἀκίνητον, καὶ τὸ πάντων πρῶτον, id eſt, Duo aũt ſunt principia Phyſicè mouentia: quorum alterũ eſt non Phyſicum. Tale autẽ eſt quod mouet, neq; mouetur, & uelut omninò immobile, & omnium rerum primum. En tibi, quod in Meliſſo & Parmenide reprę hendit uerbis principium: reapſe in animo fouet. Eſt quoddã, inquit, principium quod Phyſicè mouet, quamuis nõ Phyſicum, quia immobile eſt, omniumq; rerum primum. Sciẽtia eadem de tali principio hîc laudatur. In Parmenide & Meliſſo uituperatur. Duo cum idem faciunt: non tamen idem eſt. Interrogabitur Ariſtoteles, aut noſter Lieblerus: quę'nam Phyſica, generandis rebus Phyſicis, principia: uel in hac ipſa acroaſi doceat? Reſpondebit ſi conſtantiam Philoſophicã amplectitur, non ſolùm materiam & formam eſſe rerum naturalium principia: ſed eſſe præterea aliud primũ principium, primò mouens, immobile, unum, æternum: ut poſtea, v. & v . octaui Phyſici pręcipuè, reſpondebit. Turpe autem eſt, hîc eandem rem alteri uitio uertere, quã ſibi laudi duxerit. Neç repræhenſionem meritam uitabit, qui literas infanti præformat, ad quarũ ſimilitudinẽ ſuam manum non componet. Deſiſtant itaq; Ariſtoteles, & Epitomicus,

 in Par-

in Parmenide & Meliſſo, Phyſicā de Deo, tanquam in Phyſica incongruam uitupera re: quam in Phyſica VIII. præcipuè libri in cœlum uſq; efferēt. Solo Ariſtotelis pro Parmenide & Meliſſo commutato nomine: eadem Phyſica, fatua, falſa, Sophiſtica: ſyncera, docta, præclara, probabitur. Quá uerſutiam logicæ leges nó concedent, ſed impugnabunt, refutabunt. Quemadmodū etiá hoc repræhendent, Deum ab Epitomico in Phyſica tolerari: ſed Ariſtotelis factū manibus, aut ſua ope, ex Ariſtotelis tanquā Iouis diſſecto capite proſilientem. De quo ſi Parmenides & Meliſſus unquam cogitauerint, dictum factū, inueniet cauſſam: quamobrem illos Phyſico oppido eijciet. Nefas enim eſt, quæ Ariſtotelis ſunt inuenta labore, eos cōtrectare. Atq; ſic fuit prior contra Meliſſum, & Parmenidem ratio, ut à Phyſica excluderentur. Altera concedit quidem Parmenidi & Meliſſo Deū aliquē rebus naturalibus præficere: ſed id non factum accuſat. Aſtutè certè, uno ore calidū, & frigidum ſufflatur. *Quia non probant Deum eſſe* (inquit) *ſed unum tantum naturale principium: rectè illorum uerba, non ſententiam arguit Ariſtoteles.* Sed quo ruis Lieblere? Cur priorem ſententiá is perditū? An quia poſteriores ſententiæ ſunt ſapientiores? Paulò antè confeſſus

feſſus es, nec Ariſtotelem, nec interpretes negare, quin de illo æterno principio locuti ſint: Id perturbas & deſtruis. In qua turbatione quam longè à candore boni uiri abſis: ipſa te res monebit. Reuoluito dies, noctesque, manibus, & pedibus omnium interpretũ monumenta, & ne minimũ quidẽ iota ex ijs exſuges, quò hæc tua ſententia periculis liberetur. Philoponũ puduit, in re tã manifeſtè falſa patrocinari Ariſtoteli. Vis dicã apertiꝰ, quod res eſt? Volo inquies. Fiet. Ariſtoteles hîc ſibi thema cõminiſcitur, contra quod ſuo arbitratu diſputat. Interpretes nunc hinc, nunc inde, loca quædã arripiunt, è quibus ſi quadã mentis diuinatione quid fuerint aſſecuti, continuò è balneo exſilientes clamant, res diuinas ſe Ariſtoteli lucrifeciſſe. Somniant tamen ſępiùs quod uolunt. Sed eorum tamen hactenus obſcura diligentia nullũ Parmenidis, aut Meliſsi locũ citauit, unde hæ ſunt ædificatæ machinæ. Optarẽ horum Philoſophorũ extare ſcripta, ut ex eorum proprijs uerbis adferri poſſet iudicium. Nam quæ interpretes, & imprimis Simplicius, ex eorũ ſcriptis recenſent: plęraq; ambigua ſunt, & obſcura, ænigmatibus inuoluta, quæ uarios ſenſus accipiant, ut nihil firmi inde pronuncietur. Et tamen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

quod inde huc collectũ eſt, de uno principio immobili erit intellectũ. Hæc Simplicij uerba, ad quorũ me nunc ſenſum refero: cùm rogatus à te fuero lubens adducam. Nunc mittã alienis teſtimonijs tuas aures fatigare. Quid ſi iam probauero Ariſtotelẽ uerum, nihil tale in animo habuiſſe: quod ex horũ Philoſophorum uerbis, de principio unico, doctrina de principijs naturalibus deſtruatur? An'ne te Ariſtotelem illũ offendere memineris, & illis antiquioribus Philoſophis iniurium eſſe? Atq; audire Ariſtotelẽ talẽ cupis? Audies faxo, illũ primo de Cœlo hũc in modũ philoſophantẽ: Tametſi cætera præclarè ſentiunt, (de Parmenide, & Meliſſo dicit) attamen non Phyſicè ſentiunt. Hîc Ariſtoteles eos collaudat, quod Theologicè ſenſiſſent, & benè. Cùm itaq; Theologicè de principijs ſenſerint: quid mali ex eorũ Theologia Phyſicis principijs imminet? Hinc ad aliũ Ariſtotelis locũ migrabimus. Parmenides (ait in Metaphyſ. cap. 5. lib. 1.) in uniuerſum cœlũ intuens, unũ eſſe ait principiũ ipſum Deũ. Ariſtotelis eſt confeſsio, & apertũ teſtimonium: Principiũ Parmenidis, immobile, & unicum, intelligendũ ſummum Deũ, primũ opificem, motorẽq; rerũ omnium. Vt quãdiu Ariſtoteles in foro Philoſophico re-

gnaue-

gnauerit, non poſsint uerba Parmenidis, & Meliſsi, ad principia naturalia detorqueri. Tuum uerò de illis iudiciũ, ſicut uanũ eſt: ſic uanitatẽ quandam, eò unde profectum eſt, reportabit.

Reliquũ nihil eſt huius capitis, niſi ut de myſterijs, & occulta Philoſophia, in uocabulis, *Ente*, *Vno*, *Multitudine*, *Albo*, &c. latente, cõmonefias. Quæ etſi legi καθ' αὐτὸ inuiſa ſunt, tanquã heterogenea, tamen tuos diſcipulos tantorũ arcanorum deſiderio teneri, non poteſt clàm te eſſe. Hæc autẽ, quę ab Ariſtotele expreſſa ſunt, legibus delicatis, & æquis, oracula minimè uidebuntur. Ens unũ aut eſt Subſtantia una, aut Quantitas, aut Qualitas. Ens diuiditur in decẽ genera, quod Categoriæ nos docent. Entis genera præter eſſentiã ſunt quinq;, ut 7 cap. huius libri. Vnũ aut eſt ſecundũ continuum, aut ſecundũ rationẽ. Si non poſſunt intelligi uocabula, Vnũ & Ens: Sumat̃ uocabulũ Albi. Has nugas Grãmaticas ſi tibi pro occulta Philoſophia reſeruandas putas, non repugno. Et noli uereri, quod Ramus in hoſce theſauros, & ſecreta ſecretorũ, ut perueniat, ſit ſollicitè operã daturus. Quamobrẽ hæc ualida fuit Epitomici, aduerſùs Parmenidis, & Meliſsi Theologiã, Dialectica: qua illos ut euerſores principio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

piorum, & falſarũ theſium authores: falſa calumnia inſectatus eſt.

IN CAPVT IIII.

SEcunda diſputatio eſt de principio mobili & materiali. Quod magna Philoſophorũ pars, rerum omniũ principia in materia poſuerit. Indeq́; denſitate, & raritate omnia confieri: tanquã duo contraria exuperantiâ, & defectu omnia molirentur. Qui Philoſophi cũ obſcurè à ſe inuicem, & diuerſimodè diſcreparent: opinionũ tam uariam congeriem refutare non eſt aggreſſus Epitomicus. Solũ Anaxagoram, quo cùm monomachiã exerceret omniũ nomine, dignum iudicauit. Quid autẽ præ reliquis, qui incolumes ſunt dimiſsi, is flagitij cõmiſerit, ut ſolus petat̃, nequeo ſuſpicari. Id conſtat, Anaxagoræ μῖγμα, ὁμοιομέρειαν, ἀπειρίαν, in quibus ſingulis conſideratur hoc, ἦν ὁμοῦ τὰ ἅπαντα, ab Ariſtotele in Phyſica ferri non poſſe. Epitomicus itidẽ ſe Anaxagoræ opponit. Cuius diſputatio cũ imperfecta ſit, nec ſatis apertè contra Anaxagorã directa, paulò altius ex Ariſtotele hæc controuerſia eſt repetenda. Et iuxta Rami pro Anaxagora: Liebleri pro Ariſtotele defenſiones.

Μῖγμα ſuum defendit Anaxagoras: quod ex nō ente nihil fiat: ſed omnia ex ente. Vnde cōcludit rem omnem fuiſſe in eo, unde ſecreta eſt. Sed propter paruitatem inſenſilem eſſe. Atq; ſic πᾶν ἐν παντί. Hoc μῖγμα ab Ouid. celebratum eſt, Metamorph. 1.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cœlum:
Vnus erat toto naturæ uultus in orbe:
Quem dixère Chaos, rudis, indigeſtaq; moles.
Nec quidquam niſi pondus iners, congeſtaq; eodē,
Non benè iunctarum diſcordia ſemina rerum.

Huic argumento obuiā procedit Ariſtoteles. Si omnia, inquit, eſſent in omnibus, omnia fierent ex omnibus. Quòd rationi & rerū cōpoſitioni aduerſum eſt. Ariſtotelem & Anaxagoram conciliat Epitomicus: qđ inter eos nulla ſit controuerſia. Siquidem uterq; μῖγμα concedat rebus ineſſe: *Ariſtoteles tamen potentia: Anaxagoras actu.* Atqui quod ad hanc ſolutionē dicam non habeo aliud: quā, quod utriq; Philoſopho incumbat ꝓbatio, Anaxagoram actu, re ipſa, & forma ut ipſum interpretátur, poſuiſſe omnia eſſe in omnibus. Neuter illud hactenus præſtitit: ſed ut ſolent autoritates ſuas nobis in hiſce diſputationibus obtrudunt. Quæ res ſuſpectam nobis reddit eorum ſolutionē: & lectorem exſpectatione firmioris ſolutionis ſuſpenſum reddit. ὁμοιομέρειαν Anaxagoræ

xagoræ

xagoræ derelicto hoc certamine aggrediatur Ariſtoteles. Quaſi falſò Anaxagoras, res ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν & τῶν ὁμοειδῶν omnes componeret, ut partes aquæ illi ſint aquæ, terræ partes terra: carnis caro: ſanguinis ſanguis. Et ueluti ex ramentis aurum: ſic omnia naturę opera ex homiomeris cõponi.

Hęc σύγκρισις Ariſtoteli perquã abſurda uidetur, cũ experientia quotidiana animaduerſum ſit, aquã ex aëre, uiciſsim, aêrem ex aqua fieri, quæ tamẽ ſunt heterogenea. Ramus intercedit apud Ariſtotelem, ut aduerſario ſe mitiorẽ præbeat: qui ipſemet hanc ſententiã diſſeminârit. Locus unus eſt cap. 5. de Generat. 1. quem Lieblerus ad efficientes cauſſas accõmodat. γίγνεται μὲν (inquit Ariſt.) ἁπλῶς ἕτερον ἐξ ἑτέρου, ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις διώρισαι, καὶ ἀπό τινος ἐντελεχείᾳ ὄντος, ἢ ὁμογενοῦς ἢ ὁμοιοειδοῦς. Non curabo Lieblerum hîc ſuis autoritatibus denuò, tanquã ranã Æthopicã, tumentem: *Ego respondeo ſic eſſe.* Ego tibi credendũ ſuadeo minimè. Et te iubẽtem ut credam, auſculto: non obtempero. Cũ priùs in hoc iudicio ſis ſuſpectus. Rationibus conuinci poſſum, ut nolens uolens credam. Autoritas tua nihil apud me habet ponderis. Similitudinem & affinitatem talem requirit inter compoſitum & eius partes Ariſtoteles, qualis eſt inter genus & ſpeciem. Quæ generis

neris & ſpeciei ſimilitudo nunquã poteſt ad effectũ, & efficiẽtem accõmodari. Nam Ariſtoteles in ſua Dialectica, nunquam effi cienti, ſed materiæ aſsimilauit genus. Exempla Ariſtotelis etiã declarabunt, quàm tu à ſcopo longè aberres. Ignis ab igne generatur, non tanquã ſola efficiente: nã poteſt eſſe ignis cauſſa interior ipſius propria forma. Homo ab homine generatur: nõ ut efficiente ſola, ſed potiùs ut materia, cùm ad generationem hominis ſuperior quędã requiratur efficiens: nẽpe Sol. Aliud Ariſto telis dictũ eſt 12. cap. 4. Meteor. in quo hæret Epitomicus, tanquam mus in pice. Et quia uidet ſe neutiquã poſſe euadere, exclamat: *mala fide citatum locum Ariſtotelis: quod particula quædam deſideretur.* Ego eadem uocis facilitate clamauero à Lieblero citatum locum eſſe mutilatũ: quia requiro totum caput, ut rem meliùs intelligã. Reſponde Epitomice, & declara locum Ariſtotelis apertè ὁμοιομέρειαν confitentem, non eſſe contra tuam epitomen, quod difficilè eſt. Facilius tibi fuit aliò confugere: ad calumnias ſcilicet, uel ad quæuis loca tuã doctrinã nihil offendẽtia. Quò cũ perueniſti, mirificè tuam ſapientiã iactas, & criſtas erigis. Quis contendit tecũ de triplici illa compoſitione animalium, quã ex libris de animalibus

ad-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

adfers? Quem locum, cùm nihil ὁμοιομέρειαν
offendat: tibi relinquimus: Tu uiciſsim,
quod ſilentio tuo facis, locum ex Meteo-
rologia nobis permitte.

Quod ſi ad ὁμοιομέρειαν aſſerendũ hæc tibi
non ſufficiunt: interrogabitur tuus Ariſto-
teles: An ex repugnantibus ſine omni co-
hærentia, & amicitia principijs, tantã mo-
lem, tam concinnè congruentẽ, & concen-
tu inter ſe decenti gaudentem conformet
& cõponat? Agnoſcet, niſi me animus fal-
lit, præter contrarietatẽ, etiam conuenien-
tiam magnam: modò ſuam hanc cõpoſitio
nem firmam eſſe, & ſtabilẽ uoluerit. Cui
ſententiæ omnia etiã artificum effecta, ad
naturæ ſimilitudinem conficta, teſtimoniũ
perhibebunt. Sola Medicorum ſchola,
cui doctrina de contrarijs eſt ipſa uita ca-
rior, hoc dubium utrique noſtrum auferet.
Omnes enim Medici in facienda feliciter
medicina, ad hunc ſcopũ collmant, ut cõ-
traria contrarijs tollant. Hanc tñ contrarie
tatẽ, conuenientia quadã medicamenti, &
morbi tẽperant & condiunt: ne contrario-
rũ inimica repugnantia omnẽ effectũ impe
diat. Sed hæc eſt alterius inſtituti doctrina.
Tertia inter Ariſtotelẽ & Anaxagorã lucta
eſt de ἀπειρίᾳ, contra quã Ariſtoteles ſe oppo
nit, quod infinitũ ut infinitũ non poſsit ani

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

mo cõpræhendi: nec quod ab eo cõpoſitũ eſt: ut talis Anaxagorę Phyſica, nihil ſit niſi mera ignorantia. Deinde quod Phyſicæ res omnes, definita ſint magnitudine, ſupra quam, neq; maiores, neq; minores efficiuntur. Ramus hanc uictoriã prompto animo Ariſtoteli gratulatur: modò certũ ſit Anaxagorã ſuã ἀπειρίαν actu poſuiſſe. Sin aũt eã potentia intellexit: nihil diuerſum ab ipſo Ariſtotele ſenſit. Iã finis eſt pugnæ inter Ariſtotelẽ & Anaxagorã de principijs. Lieblerus admonẽdus eſt: ne calumnijs nimiũ intentus, autoris mentẽ quã ſibi explicandam ſumpſit, negligat. Quod ab eo factũ leges bonę depræhendunt: nã, relicto autore, totus eſt in eleuando ſcripta Ramea: nec interim puduit illũ hoc loco inficiari: *Ariſtotelem de Anaxagora uſquã prodidiſſe, quod ſolam materiam principium agnoſceret.* Atqui id ꝓbabo, Epitomice, ex ipſius Ariſtotelis uerbis. Sic enim in principiorũ inueſtigiatione progreditur: inquiens. Philoſophorum quidã unũ poſuêre principiũ: quidã plura. Qui unũ poſuerunt, aut id finitũ, aut infinitũ dixerunt. In eorũ aũt numero, qui unum infinitũ poſuerunt, eſt refutatus Anaxagoras. Hæc'ne audes negare? Negabis'ne Anaxagorã ab Ariſtotele refutari, quod unũ principiũ poſuiſſet? Minimè gentiũ. Quare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ego concludo: Ariſtotelem, qui inſcriptis alijs Anaxagoræ mentẽ agnoſcit: hunc Ariſtotelem qui Anaxagoram propter unum principiũ inceſſerat, malæ fidei reum peragere. Aliud enim principium & longè pręſtantius, quàm unicum materiale, approbauit.

IN CAPVT V.

QVid non ſint principia ex diſputationibus Epitomici notũ eſt. Quid uerò ſint: cùm id nos lateat, inquirendum eſt. Ad quam rem leges Ariſtotelis de materia, formaq; artium, ut fieri poteſt, in hiſce tenebris accõmodabimus. Quicquid huic fundamento congruit id iudicatum & uerũ eſto: Quicquid repugnabit, id temerè in hanc epitomen introductum, exterminabitur. Quibus poſitis, requiram ex methodi ratione ad ſequentiũ intelligentiam: Quid principia ſint, quot eorum ſpecies, aut genera.

Definitionẽ aũt principiorũ hîc inuenio nullã, quod primũ huius doctrinę, ut ſuperiùs monui uitiũ eſt. Methodus enim & artificioſa doctrinę diſpoſitio, primo loco definitionẽ expetebat. Nulla adeſt. Diuiſio tamen principiorũ, & eorũ adiunctũ quoddam,

dam, contrarietas, ſuccedunt. Veluti optima ratione, & graui conſilio cũ præcedentibus connecterentur. Ordinis autẽ ratio quantum ego perſpicere poſſum talis eſt: Quia Parmenides, Meliſſus, Anaxagoras, & reliqui ueteres Philoſophi ſatis acerbè ſunt exagitati: eorumq; ſunt debilitatæ de principijs rationes: Numerus principiorũ & contrarietas eorundẽ, proximũ in Phyſica locũ poſsidebit. Noua Logica, quia de falſis dictũ eſt, ſequetur uerorum doctrina. Nihilominus tamen Epitomicus de cõtrarietate, & numero diſputans audiatur. De numero autem principiorum ſatis ſuperque in capitibus ſequentibus dicetur.

Pincipia tribus præcipuè de cauſis hoc capite contraria ſtatuit Epitomicus. I. *Quia nulla priora ante ſe habent: nec fiunt ex alijs: nec ex ſeſe mutuò: & præterea omnia ex contrarijs primis fiunt, & oriuntur.*

Cumulus, & coaceruatio hæc, negationum ad leges ueritatis appendantur.

Principia non habent aliquid ante ſe: nec fiunt ex alijs: nec ex ſe ipſis.

Huic ſentẽtiæ, capitis proximè ſequentis, contrarium enunciatũ oppono. Contraria habent, cui ſubſunt: & ſubiectũ in quo ſunt. Quare uerũ non eſt, cõtraria priora ſe non habere: nec fieri ex alijs. Reſpon-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

det ad hoc argumentū, ut ſolet, imperatoriè Lieblerus: *Quod falſum ſit prima contraria oriri ex alio: quia ſunt in ſubiecto. Quia principia non naſcuntur.* Atqui quid eſt principium petere, ſi illud non eſt? Nihil in ſolutione eſt aliud, quàm quod in ipſa theſi proponebatur. Contraria non fiunt ex alio, quia ſunt principia. Principia ſunt contraria. Contraria ſunt principia. Fateris non à me prouocatus Epitomice: contraria eſſe in ſubiecto. Quare etiam neceſſariò fateberis à ſubiecto eſſentiam nanciſci. Omnium enim adiunctorū natura eſt: ut non ſolùm ſint in ſubiecto, ſed etiā ut exiſtentiam, & quod ſint ſubiecto acceptū ferant. In cuius ſolius poteſtate ſitū eſt, quod nunc ſubſiſtant: mox pereant, & eo deſtructo, euaneſcant, ut non ſolùm illud ortus, ſed etiā interitus cauſam agnoſcant. Et quia coactus, hanc in logicam, feci excurſionē: monebo Epitomicum, ut quando per otium à grauioribus curis licebit: logicam, quam minus uidetur accuratè hîc reſpexiſſe, maiori cum diligentia perlegat.

Sequitur in negationū cumulo. *Principia non fieri ex ſeſe mutuò, ſed omnia fieri ex contrarijs.* At materiæ nihil eſt contrarium: quare à principiorum numero excludetur: aut, hæc phraſis loquendi commoda interpre-

tione

tione mitiganda eſt. Audiuiſti quoque in præcedentibus, Ariſtotele iudice, multa fieri ex homogeneis, & conſentaneis, ut hoc tuum argumentum, alia refutatione non habeat opus. Cupio ualdè, uehementerque, ut cordatus lector accuratè perſpicere uelit, quid ex hiſce negationibus concludat Epitomicus: id nempe, quod huius controuerſiæ caput eſt:

Quicquid gignitur, ex contrario gigni.

Quicquid corrumpitur, in contrarium corrumpi.

Quod minus tutò, & firmiter, ex præcedentibus argutijs inferri, & confirmari uidens: diſtinctionem à Dialecticis, ſeu à pictoribus petitam in auxilium adſciſcit: de concreto, & abſtracto. Quales diſtinctiones Epitomico, & eiuſmodi hominibus nunquam deerunt. Et nihil tam peruersè, & præpoſterè dici poteſt, quin eiuſmodi diſtinctionibus defendatur. Hæc autem diſtinctio nihil aliud docet, quàm album fieri ex nigredine, non tanquam ſubiecto, ſed tanquam è termino: id eſt, quod Philoponus apertiùs confitetur: album fieri poſt nigrum, non ut è ſubiecto, ſed ut è termino, & à quo mutatio exorditur. Et hæc eſt extrema interpretum anchora: noſtra corpora non à contrarijs principijs ſimpliciter, ſed poſt contraria principia, neſcio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

quo fato conuolantia, conflari.

II Cauſa, quare principia Epitomico ſint contraria: ſumitur à loco inartificiali, *teſtimonio uidelicet omnium Phyſiologorum in hoc conſentientium.* Atqui huic argumento non erit difficilè ſolutionẽ inuenire: iactat enim quædam teſtimonia Philoſophorum: nulla adfert. Quæ res nobis ſuſpectum reddit hoc argumentum. Adauget ſuſpicionem, Parmenidis, Meliſsi, & Anaxagoræ principium unicum: quod contrarietates nullas ſibi aut alijs aduerſas habet, ut uel ſolius horum Philoſophorum ſententiâ: tuæ propoſitionis uanitas appareat.

III Cauſa Theologis non uſqueadeò placebit, qui rerum naturalium ortus, interitus, inſtabilitatem, penitiùs introſpicientes: aliam eius rei, & ueriorem cauſam, prædeſtinationem, & prouidentiam diuinam ſint allaturi: quam tu in hac Epitome (neſcio alia tua ſcripta, & cogitata) non agnoſcis. Plura de Theologorum, quod tibi concitâras, odio, nihil attinet hoc loco dicere: obijciendum enim tibi hoc probri loco ſæpiùs erit, niſi à propoſito te lubentem abductum, palinodia conteſtatum feceris.

En igitur lector, plurima in hoc capi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

te ſunt falſa, quæ lex κατὰ παντὸς, cane peius, & angue deteſtatur. Lex καθ' ὅλου πρῶτον definitionem principiorum ſedulò requiſiuit. Nulla reperitur. Pro illa reponuntur logicæ quædam argutiæ: de contrarijs: de abſtracto, & concreto. Cuius rei indignitate commota exclamat: Hoccine ſoror, lex καθ' αὑτὸ, iuſtum eſt: logicam de contrarijs pro doctrina Phyſica nobis obtrudere? Iniuria fit Phyſicæ doctrinæ, quæ eſt de rebus ſenſui obuijs. Non enim iuſtius fuit quærere, utrum principia ſint contraria, quàm utrum ſint ſimilia, aut diſsimilia. Vtrum generalia, aut ſpecialia. Vtrum enunciato, Syllogiſmóue iudicari poſsint. Logica è logicis perdiſcenda: uſus cæteris in artibus, præceptis in propria arte relictis, exercendus eſt.

IN CAPVT VI.

ITa habet principiorũ contrarietas, ſequitur eorum diuiſio & numerus. Binarius principiò exagitatur, quod ſolus ad rerũ ortus non ſufficiat. Vſum tamen præſtat in ternario eliciendo. Rectè dictũ, contra capitis prioris falſitaté: ubi doctum eſt, κατὰ παντὸς: ex cõtrarijs omnia cõponi: nulla

facta ſubiecti mentione: ut unũ & infinita
principia cõmodè reijcerentur. Quàm hoc
fuerit falſum, præſenti capite demonſtra-
tur. Et quàm facilè ea, quę ſuper hoc funda
mentum & baſin ſunt ædificata, corruent.
Murmurabunt ueteres Philoſophi, non eſ-
ſe priorem ſententiã κατὰ παντὸς, ſed inſuper
etiã requiri materiã inter principia, quod
Sophiſticè fuit occultatũ, ſuasq́; ſententi-
as nequaquã λογικῶς fuiſſe laceratas. Tela e-
tiam quę in eos miſit Epitomicus, in illum
regerentur: isq́; ἀντιλογίας ſuas, aut ſi mauis
incõſtantiã ſibi obiectã ſentiet. Capite præ
cedenti per contraria principia, omnia eo-
rũ argumenta deſtruxerat. Omnia ex con-
trarijs cõpoſuit: ne nominata quidem, aut
cogitatione ulla de materia ſuſcepta. Imò
ijs qui materiam adhibendã ſuaſerunt, ira-
tus. Hîc aliter docet. *Principia contraria ſola, nõ
poſſe aliquid conſtituere. Materiam et ſubiectum ne-
ceſſaria, in quo hæc principiorum pugna habitatio-
nem poßideret.* Quid multis? Nihil præter ta-
les ſententias ſibi repugnãtes inueniri uo-
ciferabuntur. Qualis & illa eſt. *Contraria per
ſe non poſſe ſubſiſtere: neceſſariò enim ſunt in aliquo.*
Ex qua infero, illa rerũ per te exiſtentium
principia non poſſe uocari: nec ſubſtantiã
aliquã per ſe ſubſiſtentẽ procreare. Quòd
enim per ſe eſt, & ſubſiſtit, ex ijs, quæ alij
inhæ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

inhærent, & alterius ope ut exiſtant, indigent, naſci non poteſt. Conatur hanc repugnantiam effugere Epitomicus: quod uocabulum contrarietatis ita ſit accipiendum, ut non ſolùm ad qualitates, ſed etiam ad ſubſtantias poſsit accommodari. Quod Ariſtoteli logico non fuit animaduerſum. Nihil tamen hîc abſurdi contra Ariſtotelem ſtatuitur: Subſtantias eſſe contrarias in logica recuſantem. *Nam longo interuallo genus Phyſicum, & Dialecticum differunt. Ac non rarò, quæ genere Dialectico differunt, Phyſico conueniunt. Ita quoque in Dialectica ſubſtantia, nulla eſt contrarietas. In ſubſtantia Phyſica conceditur, & neceſſariò ponitur.*

Egregia fabula de lente. Lapſus ſum: uolebam dicere, inſignis, & utilis diſputatio, de Subſtantia, Dialectica, & Phyſica. De genere Dialectico, & Phyſico. De horum contrarietate: quæ in toto Ariſtotelis organo, ſurſùm, & deorſùm reuoluto nuſquàm reperitur. Proh dolor, Muſæ Dialecticæ, & celebris Logicorum familia: tantáne ineſt uobis infantia, ut hæc tam arcana ueſtræ artis myſteria nunquam peruideatis? Aut tantá ne ineſt ueſtris animis uerſutia: ut ſoli Lieblero hiſce concreditis, nos adoleſcentes idoneos iudicetis, in quibus iocos ueſtros exerceatis? Et tu Ariſtote-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

les, qui Dialecticæ autor, & parens ſalutari gaudes: quanta nos iniuria tua affecit autoritas? In logica docuiſti, præcepta artis logicæ eſſe κατὰ παντὸς, uniuerſalia omnium artium, rerum entium, & non entium communia: ſempiterna: uſum eſſe in alijs artibus uarium, præceptis nihil immutatis. Noli nos hiſce dictis amplius ſeducere: aliam docuiſti Epitomicum, quàm nos celaſti Dialecticam. *Genus in Dialectica aliud eſſe, quàm genus in Phyſica. Multa genere Dialectico conuenire, quæ Phyſico diſcrepent. Subſtantiam aliud eſſe in logica: aliud in Phyſica: cùm hæc contrarietatem ſuſcipiat: illa neutiquam.* Adhæc, totus ego perturbor, cùm audiam uſum Dialectices non eſſe in omnibus artibus eundem & communem. Et Dialecticam falsò dici omnium inſtrumentorum inſtrumentum: & artem artium. Phyſica enim habet peculiarem Dialecticam, qua explicari uult, communem illam pro uera non recipit. Et ſicut illa peculiarem Dialecticam ſibi uindicauit: ſic Theologia, Iuriſprudentia & cæterę diſciplinę longè ſuperiores, propriam logicam ſibi arripient: unde inuentionis locos & iudicium quando libuerit petent. Magnũ hac Epitomici induſtria, noſtris ſtudijs allatum compendium eſt: quod Dialecti-

cæ ſin-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

cæ ſingulatim operam aliquam dare ſit ridiculum, quæ unâ cum facultate cui inſeruit, addiſci poteſt: ut duo lépores unico ſaltu captentur. Non eſt hoc loco diſputandum, quàm illud ſit falſum: *Subſtantiam Dialecticam non recipere contrarietatem*. Lex enim καθ' αὑτὸ hanc diſputationem logicam mihi non permittit. Id ſolùm monendum fuit: ex hac ſententia abſurda & erronea, omnes omnium artium fines & limites cōmiſceri. Ac quod ſummoperè uitandùm fuit, exempla in rebus naturalibus, quibus paradoxon confirmaretur, deſunt: nec in rebus naturæ ſubſiſtunt. *Mortale autem & immortale, caducum, ſempiternum*, figmenta ſunt ad hunc locum. Non enim ſubſtantiarum ſunt genera, (ut falſo iudicio decipitur autor) ſed adiuncta: quæ neque propè, neque procul cum inſtituto conueniant.

Quòd, ſi conſideraſſet Epitomicus: non tam temerariè hęc ſcripſiſſet: aut Rami ueriores ſententias ſuggillaſſet.

IN

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

IN CAPVT VII.

INitium capitis aliquã præ ſe fert boni ordinis, & legitimæ methodi ſpeciem: quã protinus turpiter uiolat Epitomicus. Demonſtraturus ex cõmunibus & notis, minùs manifeſta: plurimas ineptas & à Latinitate abhorrentes formas, congregat: Quibus lectori oculos, & aures obtundit. *Ea ſunt de generatione ſimplici & compoſita. De formulis, quibus generatio exprimatur. Quod hoc uel illud, hoc uel illo modo fiat: ſubiecto modo manente: modo non manente.* Interea tamẽ nulla rerum naturaliũ exempla audiuntur. *Solum uocabulum Muſicum, non Muſicum hîc regnat.* Tanquã in tota rerum natura, nulli Medici, Agricolæ, Phyſici eſſent, à quibus exempla uera ſumerentur. Quin effingerentur, ut prius aliena quædã nihil niſi ſolas uoces ſpirãtia: quæque cùm naturalibus exemplis quorũ gratia excogitantur, minimè congruunt. *Vt homo fit Muſicus: ſed ex homine non fit Muſicus.* Chylus fit ſanguis: & tñ ex chylo fit ſanguis. Elementa fiunt partes noſtrorũ corporũ. Et noſtra corpora fiunt ex elementis. Hiſce ita poſitis concluditur, in omni generatione Muſici tria requiri. *Subiectum, hominem in quo generatio perficiatur. Vnum contrarium, quod in ſubiectum introducatur, formam uidelicet, ſeu habitum*

bitum Muſici. Contrariorum etiam alterum, hoc eſt immuſicum. Et tandem partus ille, diu in utero geſtatus, ternarius principiorum numerus, in lucē emittitur: ſed non ijſdē per omnia ornatus donis, aut priuilegijs. *Forma enim, & Materia per ſe principia ſalutantur. Priuatio per accidens. Materia re, & numero una: numerabilis: & tanquàm digito monſtrabilis eſt.* Quod à me antehac nunquā approbari poterat: qui illam ſola potentia exiſtere temerè exiſtimabam. *Principia nunc duo ſtatuuntur: materia, & forma. Nunc tertiū additur, Priuatio. Nunc fiunt contraria: mox contrarietate liberātur.* In quibus retinendis, & ſaluandis: frequēter adhibentur ſcholaſticorū diſtinctiones. Non uno & eodē modo. Non uno & eodem reſpectu. Non per ſe, ſed per accidens. Et neſcio quas Prothei formas, & ſubtilitates, principia non requirent. Atq; ſic tam Ariſtoteles, quàm noſter Epitomicus principia εἰς ἑκάτερον diſputant: magis id adeò ſua ingenia, ut oſtentent, & laudem in diſputando quærant: quàm ut ſolidam, & neceſſariam doctrinam tradant. Quam arrogantiā, & de φιλοδοξίαν animaduertens Ramus, tertium eorum principium, pro quo tantoperè ſudarunt: euertendum aggreditur. Priuatio enim pars cōtradictionis eſt: quod principiorū naturę eſt aduerſum. Re

cla-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

clamat fortiter Lieblerus. *Priuationem nõ ſim-
pliciter partem eſſe contradictionis : ſed talem, quæ
in ſubiecto ſit habili, ob eamq́; cauſſam appellari ſæ-
pius πῶς εἶδος*. Lieblere, tua ſolutione mo-
ues aliquid, promoues nihil. Ramo cõceſ-
ſiſti priuationẽ eſſe partẽ contradictionis,
& propoſitionẽ hanc tranſire iubes, ſed mi
tigatam & molliorem factã. *Quòd in priuatio
ne, præter negationem inſit habilitas quædam*. Sed
quorſum hæc mitigatio? Inſignis in ea re-
pugnãtia hæret. Vna, eademq́; res priuatio
& habilitas dicitur. Quæ adeò inter ſe ho-
ſtiliter pugnant: ut rem conſeruare, & ean-
dẽ corrumpere: idem deſtruere & idẽ ædi-
ficare. Priuatio una eadẽq́; dicitur rei cauſ-
ſa: & rei deſtructio: Mors & Vita, Salus &
Ruina. Valdè ſunt hæc incredibilia: quæ tñ
confingam ſic eſſe. Priuatioq́; eſto princi-
pium: ſi mihi eius utilitates in rerũ natura-
liũ cõpoſitione expoſueris: quòd neuti-
quã feceris, dũ cũ Ramo ſentis: *nihil ex pri-
uatione confectum*. At reſpondebis te non ſim-
pliciter hoc aſtruere: ſed ita intelligenda
tua uerba: *Quod ex priuatione nihil componatur:
ſed ex materia omnia fieri, quæ priuationem perpe-
tuò comitem habet, ſine qua nihil omnium rerum ex
materia conſtruitur*. Rectè dicis ex priuatione
nihil componi: addidiſſes nihil ex contra-
rijs componi. Excidit tamen imprudenti
ſen-

ſententia: *ex materia priuatione ueſtita omnia fieri.* Perinde ac forma nihil ad rerum compoſitionem adiutaret. Aſtuta certè diſputandi ex noua Dialectica eſt hæc ratio. Diſputatur nihil fieri ex priuatione: & propterea priuationem non eſſe principium. Reſpondet Epitomicus: *ex materia omnia fieri, in qua hæret priuatio.* Hæreat priuatio in æternum in materia: tamen manebit, quod intendit Ramus, ex priuatione nihil componi. Et ne ulla effugiendi uia ſit Epitomico: Rami argumentum cõtra priuationem preſsiùs explicatum ſic propono. Priuatio ad rem conſtituendam, & formã inducendam nihil facit. Immò obſtat uenienti formæ: cui contraria fingitur: neque formam materia recipit: niſi priuatione anteà expulſa. Nec admittit rerum naturalium conditio: & ſtudium uniuſcuiuſq; in ſeipſam conſeruando: ullã rem in ſui ipſius deſtructione, manus auxiliatrices contribuere. Nihil enim proprium expetit interitum. Vnde conſtat priuationẽ in forma introducenda nullam habilitatẽ conferre: puta cui aduenienti cogatur cedere.

Nec tamen rei conſtitutæ aliquid confert: cum re conſtituta, & introducta forma perijt: Quare hîc nihil utilitatis ab ea expectari poteſt. Sed concludendũ eſt. Priua-

tio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tionem, nec in re conſtituta, nec in re conſtituenda uſum, aut habilitatẽ habere. Iam apparet, Ramum, quẽ ego æmulor, grauibus de cauſis priuationem hominis ægri ſomnium appellaſſe: à doctrina Phyſica, & hominum ſtudioſorum animis longè abhorrens.

IN CAPVT VIII.

PArte à ueteribus uictoriæ, triumphum canit Epitomicus: quod per imprudẽtiam à uera principiorum cognitione, quemadmodum ipſi, nõ deflexerit. Huius erroris ſcrupulus & cauſſa fuit, ſyllogiſmus hic arduus & grauis, quo ueluti laqueo arctiſsimo ſunt capti.

Quicquid oritur ex eo quod eſt: aut ex eo quod nõ eſt, naſcitur. Ex eo quod non eſt, nihil fieri poteſt. Id uerò quod eſt, ratione ea qua eſt, naſci & gigni per abſurdum dictu & auditu iudicatur. Quibus rationibus, ortus rerum, & quæ hactenus de principijs dicta ſunt, euertuntur.

Hoc inquam ſyllogiſmo, illaqueati & irretiti ueteres, nequibant in hæc Muſarum dialecticarum arcana penetrare. Lieblero in Ariſtotelis ſchola educato facilè fuit, rupto laqueo ſubtilibus quibuſdã diſtinctionibus, ad ea pertranſire. Diſtinctionum au-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tem quibus utitur prima eſt. *Entis & non entis, quæ interdum per ſe interdum per accidens dicuntur. Ex non ente per ſe nihil componitur E' ſubiecto tamen quod eſt non ens: per accidens fieri aliquid* (inquit) *comprobamus: Illi enim accidit priuatio, quæ ipſa eſt, non ens.* Abſurda ſubtilitatis diſtinctio: ex eo quod non ſubſiſtat, fieri aliquid per accidens, quod cum productum, & factum fuerit, reuera exiſtat. Incredibile certè eſt, illud per accidens effectum producere, quod ipſummet per ſe non exiſtat. Illud per ſe non ens, primò det operã, quomodo per ſe exiſtat: tum demũ ſi quid poterit in rerũ generatione, ſiue per accidẽs, ſiue per ſe, contribuere: laudi ſibi id ducat.

Diſtinctionis exemplum eſt: *Medicus ſanat per ſe: extruit ædes per accidens.* Nunquã aũt memini me audire, medicum extruere ædes. Semper arbitrabar fabros lignarios id facere. Sed credam medicum ædes extruere. In extructione tamen non uideo an habeat ſe ut forma, aut ut materia, aut ut priuatio. Nã de hiſce tribus principijs agimus: quorum ultimum aut duo illa contraria, ex medici, in domo extruenda, opera explicari debẽt. Id cùm medicus in extruenda domo non perficiat, ut uel formæ, uel priuationis officium, aut per ſe, aut per accidens, ſuppleat: Impoſsibilè uidebitur omnibus ſano iu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

dicio præditis, ex non ente quicquam fieri per accidens. Secũda diſtinctio, qua fretus errores ueterũ euitauerit Epitomicus, *eſt de actu & potentia:* Ex *materia enim, quæ eſt non ens, potentiam tamen habente, qua fieri poßit & eſſe aliquid, gigni res quaſcunq; affirmatur.* Atqui falſa æquè ut prior hæc eſt ſubtilitas: materiam potentia ens eſſe, non actu. Nam ſi materia in actum quem non habet producenda eſt: præſentis formę beneficio hunc actum accipiet, quod neutiquam probabitur. Non enim forma hominis, aut leonis quæ ad materiam acceſsit: materię leoninæ, aut humanæ forma dicitur, aut actus: ſed hominis: ſed leonis. Forma itaque non leoninæ materiæ, non humanæ, ſed hominis, ſed leonis actus eſt. Materia autem formæ comparata eſt tanquam ſubiectum. Forma materiæ comparata eſt tanquam adiunctum. Materia tamen, formaque uocabula ſunt cauſſarum, non ſubiectorum: non adiunctorum. Ita hæ diſtinctiones minus conſideratè ad rerum generationem referuntur.

Quatenus autem ad ueterum decreta attinet: ſi quippiam tale decreuerint: ex re actu exiſtente nihil fieri: quia iam eſſet, nihil hoc probat. Etſi enim aliquid actu eſſet, nó tamen, id quod fiet, & id quod procreet à ſe, erit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ſe, erit. Gignuntur liberi à patre, matre, ſemine, quæ omnia ſunt actu aliquid: non tamen id quod futurum erat. Quare hæ diſtinctiones magis ſophiſticè, quam uerè, ad gloriam de ueteribus partam, comparantur. Et triumphus ante uictoriam cantatus eſt. Hoc cùm paulò prolixiùs iam demonſtrauerim: deprecor huius leuitatis à bonarum artium legibus, ueniam. Obijciuntur illa: & quod peius eſt, creduntur: itaque refellenda erant.

IN CAPVT IX.

VT magis commendatã redderet nobis doctrinam de principijs: capite hoc IX, totã ſuam de ijs ſapientiam, recolit Epitomicus. Cuius quæſtiones, & reſponſiones cum ijs, quæ in Ramũ torquet telis, ſummatim inſpicientur. Primo loco prodit materiæ definitio: *quæ ſubiectum eſt, cuiuſcunque generationis primũ, cùm inſit per ſe, non ſecundum accidens.* Accuſatur hęc definitio, quod ſibi primũ locum in materiæ explicatione arrogauit: nec tamen omni materiæ conueniat, ſed ſoli materiæ remotæ. Generalem autẽ oportuit eam eſſe definitionem, quæ primum locum occupat: cùm methodus procedat à communioribus ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

minùs cõmunia. Contrarium fit: & à ſpeciali definitione, ad partitioné uniuerſalem proceditur. Ac quod magis mirabere, eam materiæ ſpeciem, ad quã infertur, non explicat: ne, ſi etiã hâc definitioné aduocauerit, quæ ſic habet: *Materia remota eſt ea, cuius ratione quodlibet fit è quouis.* Lætare Anaxagora, tua μῖξις anteà exploſa, in gratiam cũ Epitomico redit. Quodlibet iam fiet è quolibet: quia ei ſic uiſum eſt. Tibi cùm idẽ gratum eſſet, cap. 5. non potuit riualem huius ſententiæ ferre. O' inconſtantiam! Similis eſt inconſtantia, ne quid grauius dicam, *quod materia prima duplici definitione circumſcripta, cognoſci propria ratione non poſsit. Sed ſola analogia, cùm ſit propria forma, & ſpecie deſtituta.* Quorſum itaq; adferebantur definitiones? Vt chartę fortaſsis implerentur? Et quamobrem quæſo, materia prima definitionibus non ſit explicanda? Genus habet, & differẽtiam, quibus omnis definitio abſoluitur. Genus eſt, cauſa, ſeu principium. Differẽtia ſeu forma, ex qua res eſt. E' quibus colligitur definitio bona. Materia eſt cauſſa ex qua res eſt. Ac quamuis materiæ primæ ab Epitomico nulla relinquitur forma: tamẽ aliquã pro ut res eſt, habebit: per quam id eſt, quod eſt, & à cæteris rebus diſtinguitur. Si enim aliquo modo exiſtit: ſi à

rebus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

rebus alijs, quę exiſtũt diſtinguatur, id neceſſe eſt eſſe, per quod diſtinguatur. Forma hęc ab Ariſtotele copioſè ſatis expreſſa eſt. Quòd omniũ ſit formarũ capax. Quòd innata ſit illi priuatio tãquam faſtidiũ aduenientis formæ: alienæq; ſpeciei, & ſemper diuerſæ, inſatiabile deſiderium, &c. Illa'ne materiã copioſius & planius multò, quàm figuli & ſtatuarij analogia declarabũt? Atqui interrogas amplius: *Quid ſit illa materia: quæ hac definitione proponitur: Sit ne Aër, Aqua, Ignis, aut horum nihil?* Dicam ex Ramo, cui hęc ſunt accepta ferenda, quid ſit illa materia. Res eſt, ſenſilis, corporea, non imaginaria, non phantaſtica: ſed reuerà ſubſiſtens. Vbicunq; tale quid uiſum fuerit: quod talis materiæ munus ſuſtineat: ſtatim tibi in mentem redige, Rameam illic eſſe materiã. Primam an ſecundã, ut lubet, appelles licet. Atq; hęc materia non Ramea ſolùm, ſed etiã Ariſtotelica erit: numerabilis & digito monſtrabilis. Sed hæc theſis accuratius poſtea diſputabitur: priùs de eius æternitate dicendum eſt.

Materia non generatur, quia ſi generatur ex materia generatur: & exiſtet antequam ſit generata. Neq; interire poteſt: quia aut in ſeipſam interiret, aut in rẽ naturalem aliquam. In rem naturalem nõ interit: quia illud eſſet naſci, nõ interire. In ſeipſam nõ interit. Nã

poſt ſuum interitum exiſteret. Hîc primò ſe oſtendit æternitas, quæ ad finẽ uſq; epitomes nunquã ceſſabit dominium exercere. Memento autem Epitomice, ſi de æternitate materiæ uis in Phyſica certare, tibi loquendum eſſe de materia Phyſica: non de logica, quam æternã imaginari licet. Reſpondet Epitomicus, *illud idem ſibi eſſe curæ: hoc fieri: illamq; materiam, quæ æternitate celebratur, Phyſicam eſſe, nequaquam tamen genitam: quia ſi genita eſſet, ex alia gigneretur. Nam ex nihilo nihil fit.* Eadem conſequentia infero illud de forma. Si formę, ut Ariſtoteli uiſum eſt, quotidie à Deo creantur, & genitæ in materiam transfunduntur: ab alia forma gignuntur. Reſpondet ad obiectionẽ Epitomicus, *formas Phyſicas non gigni: quia forma eſt principium. Sed compoſitum, hoc eſt, rem naturalem gigni.* Egregia ſolutio: in qua dubium per ęquè incertum probatur. Forma probatur non gigni, aut creari, quia ſit principium. Itidem dixeris. Formam eſſe principium, quia non gignitur. Eundem efflas ſpiritum, & tanquã de menſuris interrogatus idem repetis: principium petis: reſpondes nihil. Id in controuerſia poſitum erat: An principia gignantur. Per idẽ probas, formam nõ gigni: quod principium ſit. Non attinet hoc loco mouere diſputationẽ de formis

re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

rerum: An quotidie nouæ à Deo creentur: An uerò ſint ſtatim in mundi creatione unà omnes creatæ? Satis eſt tibi ſuggerere: quod Ariſtoteli formas quotidie creari agnoſcenti contradicas: ut tibi prima cura ſit, quò in gratiam cum eo redire poſsis.

Agedum, plura argumenta Ramea contra hanc æternitatē materiæ aggreganda ſunt. Quid Ramea? Imò Ariſtotelea dici oportuit. Locus enim Ariſtotelis ad euertēdam hanc materiæ æternitatē 7. cap. 3. de Cœlo ſic habet. Neceſſe fuerit, ſenſibilium ſenſibilia: æternorū æterna: corruptibiliū corruptibilia eſſe principia, omninoq́; homogenea ſubiectis. At res Phyſicæ ſunt cor ruptibiles. Habēt igitur corruptibilia principia. Ad hoc argumentum uix riſum cohibet Epitomicus. *Quod mala interpretatione & ſophiſticè, dictum Ariſtotelis, de principijs cognitionis ad principia compoſitionis ſit accōmodatum.* Aſtutè ſanè: quem reſoluere nodum nequibat: non fuiſſe artificioſè ligatum, reſpondet. Vitium in te eſt Epitomice. Ariſtotelis hoc dictum non eſſe de principijs compoſitionis intelligendū non probaſti ullo ueriore teſtimonio, aut ſentētia. Dixiſti ſolū ita rē habere. Tuum dicere nihil probat: ut ſæpiùs inculcatū eſt. Ego contrà, unum locum in Ariſtotele ambiguum: diſputantiū

more:per alium clariorẽ interpretandũ ſumam. Inſpice, quomodo Ariſtoteles in reliquo capite loquatur: τέλος δὲ τῆς φυσικῆς τὸ φαινόμενον ἀεὶ κυρίως κατὰ τὴν αἴσθησιν. i. Finis aũt Phyſicæ qui propriè ſecũdum ſenſum apparet. Quid poteſt apertiùs dici, quã finem Phyſices eſſe in rebus ſenſibilibus: & eius principia propterea eſſe ſenſibilia? Et in alijs locis quamplurimis: obiectũ Phyſices eſt illi, corpus mobile, ſenſile. Deniq; per totam Phyſicã, nullũ Phyſicũ facit, niſi oculatum, auritum, tactus organo benè inſtructũ, ſenſu res omnes definientem, partientem, iudicantem. Sed pergo.

Res Phyſico propoſita eſt ſenſilis.
Materia prima non eſt ſenſilis.
Ergo non eſt Phyſico propoſita.

Probat argumentũ Epitomicus: quod Dialecticè & uerè concludat. *Materiam primã non eſſe Phyſico propoſitam. De qua conſiderare debet Philoſophus primus*: quem ego logicũ appellaſſem. *Sed quia eſt pars corporis naturalis ideò ſibi Phyſicus etiam illius uſurpat conſiderationem.* Bona ſolutio ſcilicet. Ego propter eundem uſũ animã hominis, & rerũ omniũ, formas: Itẽ cœlũ & omnes ſtellas hũc referẽdas dixerim. Quod ridiculũ admodũ uidebitur: ſed tuo id exẽplo facio Lieblere. Animaduertendũ aũt in hac ſolutione eſt: quomodo de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

do de rerũ naturaliũ cõpoſitione agat Epitomicus. Res enim naturales ex materia prima conſtituit: cũ Ariſtoles ſemper eam, quæ corpora ingrederetur, ſecundam appellari uoluerit & propinquã: hac à corporib. remota & reiecta. Ac ut ſit materia prima corporis naturalis pars: tamen lex καθ' αὑτὸ, neutiquã permittit, ulla diſtinctionum ſubtilitate, id in doctrina Phyſica explicari, quod non ſit corpus, ſenſibus obuium & motui obnoxium. Nihilominus tñ magna habenda Epitomico gratia eſt pro hac ſolutione, in qua propemodũ ad ueritatẽ acceſsit, de materia, & forma prima tractandum à Philoſopho primo: non propriè à Phyſico: qui corpora ſenſilia ſibi propoſita habet. Sed accedo ad alia. Senſiliũ corporũ elemẽta ſunt corpora. Res Phyſico ꝓpoſita eſt corpus: quare eius elemẽta erũt corpora. Tranſire etiã hãc cõcluſionẽ iubet Epitomicus: *cùm materia prima quodammodo ſit corpus.* Dij boni, quid hîc noui auditur? Omnia priora ſuſpenſa iam ſunt, & in dubiũ uocata. Materia prima, forma, quantitate, qualitate, & propemodũ etiam eſſentia, ſpoliata erat: appellabat eam Ariſtoteles, ἄμορφον, ἀείδη, ἄποιον, ἀναίσθητον. Epitomicus eius miſertus, induit eam, forma, quantitate, qualitate: & quod plus eſt, corpore eam

ueſtit. Abeat itaq; in antiquã ſyluam, quicunq; Philoſophus, materiam ſola cogitatione, & analogia contemplatur. Corpus eſt, ſenſibus obuiũ. Habebit corporis aliquo modo dimenſiones, longitudinẽ, latitudinem, profunditatẽ. Gratulor iam Epitomico hanc liberã, & Philoſophicã mentem: quod non ueritus calumnias Phyſicorum, hanc materiam in ſuam epitomẽ introduxerit rebus naturalibus, quæ corporea ſit, & corporis dimenſionibus communita.

Gratulor materiæ, hanc felicitatẽ, quod apud Lieblerum tantũ gratiæ inuenerit: ut ſpretis calumnijs, & inuidorũ obtrectationibus, ſolus eam in patriam Phyſicã reducẽ facere ſuſtinuerit. Id tamen habeo, quod in Epitomico repræhendã: quod non explicare auſus erat materiã omninò corpore cõſtare: aut etiã quomodo corpore conſtet. Sed utut corpore conſtet: ſatis eſt eam eſſe corpus: cuius uſum magno applauſu excipiamus, & excitemus. Quo applauſu peracto, ad formã ſecundum principiũ nos referemus: amici enim res in tuto ut collocetur, uidendum eſt.

A' noſtro Epitomico de forma pauciſsima dicuntur: *Cuius ſubtilior, & acuratior diſquiſitio ad primum Philoſophum ſpectet. Phyſici autem*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ſit de forma motui obnoxia cogitationem ſuſcipere. Monſtri ſimile eſt, quod de forma principio præſtantiori, Phyſico minùs ſit cogitandũ, & laborandum: quã de utroq; nihili materia, & priuatione. Vt mea fert opinio, periculũ fuit, principio huic tam excellenti illa adiuncta inania, & inutilia, quæ materiæ non ita pridè attribuebantur, ſimililiter adiungere: quod tamen factum opor tuit: ſi forma æquas in compoſitione leges ſubire uoluerit. Sed nolo Lieblere diligentius tuã mentem perſcrutari. Eſto, *quod non in Phyſica, ſed in prima Philoſophia locus formæ ſit.* Cur tu primus ad ſcopulos, quos præterire iuſsiſti, nauigas? Formã ad primã Philoſophiam reieciſti: cuius tamen diuiſiones à propoſito alienas retines. Atqui primæ diuiſionis alterũ membrum de accidentibus neq; eminus, neq; cominus hûc ſpectat. Neq; etiã in ſecunda diuiſione forma incorporea hûc ſpectat. Sola enim forma ſenſilis motui obnoxia, forma Phyſica erit: quæ cum materia ſenſili, corporea, mutabili aggregata: res naturales, corporeas, ſenſiles, generat, format, conſtituit. His itaque duobus principijs corpora Phyſica cõſtantur: ut quod plura de his diſputẽ, non ſit operæ pretium: quin ſtatim ea ſufficere concludã. Ah quid me concluſurũ dixi? Finem

nem putabam fuiſſe omnium nugarũ: imò uix initium eſt. Hydra illa peſtifera priuatio anteà confecta, reuiuiſcit, & ſibilat. Definitur autem priuatio : *abſentia ſeu carentia in ſubiecto habili ad formã illam, cuius eſt priuatio, ſuſcipiẽdã.* Beneficiũ eius (maleficiũ meritò cũ Ariſtotele dixiſſem) eſt, quod materia per eam appetat formam, ceu bonũ quiddam. Veruntamen monſtrũ hoc cũ ſuis uiribus & falsò fundamento: *γεννητικὰ δ᾽ εἶν ἀλλήλων ἐναντία*, profligauimus & enecauimus. Et quia ex eo tẽpore alia fortiora uenena: quibus nos inficiat, non ſuxerit: neque ſedulò quę renda ſunt noua inſtrumenta, quibus peti debeat. Fractũ eius per priora robur nondũ recollectũ eſt. Atq; ſic libri primi finis erit. Macti iuuenes: peracuti rerũ naturaliũ conſectatores: Valdè, uehementerq; conſiderate, quã aſperi, & hamati ſentes ſint in agro Phyſico conſiti : quibus ueſtra ſtudia, tam diu impediuntur. Hos, per leges bonarum artiũ amputaui, quãtum in me erat, hoc primo libro. In quo unitas Parmenidis & Meliſsi: Mens Anaxagoræ deridetur. Species & Idea Platonis reijcitur. Deus è mũdo & rerũ Phyſicarum adminiſtratione tollitur. Quibus omnibus iure ſe oppoſuerunt leges iuſtiſsimæ. Et in tantã infamiã, priſcos Philoſophos adduci, nullius conuictos

erroris iniquũ iudicarunt. Duplex Epitomici nihil, nihili fecerunt. Formas cũ Platone & Ariſtotele diuinitùs inſpirari, agnouerunt. Atq; hæc eſt primi libri Phyſica: Vnde iã conſtat, Epitomen hanc Liebleri, ſine capite eſſe. Pedes & manus eidem deeſſe, de ſequentibus palàm fiet.

SCHOLARVM PHYSICARVM LIBER II.

IN PRÆFATIONEM LIBRI II.

PRIORIBVS explicati tenebris grauioribus implicamur & obſcurioribus. Primus liber logica materiæ & formæ refertus erat. Secundus eandem, tautologia inani repetit. Cuius in Ariſtotele; excuſandæ gratia interpretes omnem mouerunt lapidem. Quidam librũ hunc ſecundum Metaphyſicæ annumerarunt: quod eadem hæc doctrina: in ſecũdo Metaphyſico ediſſeratur: ſic tamen ut hic liber ſecundo Metaphyſico ſubnectendus eſſet: ſub cuius finem, iubetur inueſtigare: quid ſit natura: & quibus de rebus naturalis ſit ſcientia. Quòd in hoc ſecundo Phyſico fa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

co factum arbitrantur. Philoponi ſententia fert: de materia, & forma Phyſica hîc agi: magis tñ de forma, quã de materia: contrà quã fit in primo, magna ex parte in materiæ inueſtigatione conſumpto. Simplicius trium cauſarum, formæ, efficientis, finis, naturas hîc perſpexit: materiã in priorem librum remiſit. Auerroës cum Thoma conſentiunt: examinari hoc libro naturalis Philoſophiæ principia, & elementa. Epitomicus à ſententia horum omnium diſcedit: *cenſetq; hunc librum de compoſitis ex illis principijs agere*: eaque, examine diligenti, tanquam ad ignem hoc libro probari. Quod difficulter fieri poſſe indicat: niſi naturæ definitio præmittatur. Attamen, docte Epitomice, natura hoc in libro nihil à cauſis diuerſa erit. Nec doctrina de natura diuerſum quid à cauſis, & à materia, & forma adferet: de quibus cùm plus ſatis libro 1. audiuerimus: lex καθ' ὅλου πρώτων tautologiam, tam inanẽ in Phyſica, acerbè exagitabit. Neceſsitas, fortuna, fatũ, quam nihil ad inſtitutumfaciant, & ad rei naturalis proprietates perſpiciendas: ſcholæ in hunc librum ſcriptæ perſpicuum facient.

IN CAPVT I. LIB. II.

NAturæ definitio primo loco ponenda foret: niſi rerum naturalium ab artificialibus differentia anteuertenda eſſet: quæ definitionis obſcuritati multum lucis adferet. Atqui in hac differentia adducenda nulla habetur ratio legis καθ' αὑτό. Docendum fuit, quid ſit natura: quid res naturalis. Si poſtea artificialia inter eas ſe intruderent, ſine moleſtia eorum temeritas illuderetur. Sequitur tamen naturæ definitio. *Quod ſit cauſa & principium motus, & quietis, eius in quo eſt, primò per ſe: non ſecundum accidens.* Obſcuram propoſuit Epitomicus definitionẽ, quod definitionis uitium ut effugiat, explicationem ei comparat: cui prius fundamentum ex ea natura, quæ animalibus eſt conceſſa, collocat: ſed fundamentũ mutabile ponit. A' Phyſica relegauit res artificiales: quia anima, & natura, quibus mouerentur, deſtituebantur. Iam reuocantur in Phyſicã. Quamuis enim animã non habeant: tamen naturales appellabuntur: modò principes partes animatis conceſſerint: & cum ijs de naturæ principatu non concertauerint. Magiſtrũ ſuum imitatur Epitomicus, qui artificialia,

ali-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

aliquo pacto inter naturalia admittit: de rebus artificialibus ita loquens: *καθ' ὅσον ἐστὶν ἀπὸ τέχνης, οὐδεμίαν ὁρμὴν ἔχει μεταβολῆς ἔμφυτον. ᾗ δὲ συμβέβηκεν αὐτοῖς λιθίνοις ἢ γηίνοις εἶναι, ἢ μικτοῖς ἐκ τούτων, ἔχει κατὰ τοσοῦτον.* Has opinor Lieblerum res inanimatas ſua natura donare. Quæ coniectura ſi me fallat, Epitomico error imputabitur: qui uerba nuda proponendo mihi impoſuit: rebus Phyſicis ad uerba additis ſuam mentem explicare debuiſſet.

Approbo aũt utriuſq; Philoſophi ſentẽtiam, res artificiales natura ornantis: cùm experiẽdo didicerim, horologia & *αὐτόματα* habere ex arte principium motus & quietis in ſe ipſis, quatenꝰ artificialia ſunt. Et cũ artificiũ deſiuerit, artificialẽ motũ deſinere: didicerim quoq; artes, loquendi, dicendi, diſſerendi, numerandi, &c. falsò ita definitas: niſi artifices in ſeipſis haberent artis beneficio & auxilio, facultatem talis motus, & effectus. Sed reſpiciamus ad definitionem: ex cuius analyſi, quomodo hæc fundamenti loco, propoſita, eam declarẽt, intelligitur. *Natura dicitur principium motionum, & ſtatuum, quia rebus, quibus ineſt, adfert aptitudinem, & habilitatem: ut certos motus, & ſtatus poßint recipere. Natura enim dicitur principium ea ratione: qua ad motus perpetiendos, & ſuſtinendos, non autem inferendos eſt idonea.*

Hem

Hem paradoxon, auditū antehâc nuſquam: *Natura principium eſt paßiuum*. Forma igitur præſtantior natura, ſolam paſsionem importabit: actionis nihil habebit. Ariſtotelis Phyſica ad hanc erronea eſt: qui naturam agere, falsò ſuſpicatus eſt. Fallūtur interpretes, qui, ſi ſenſus aliquis definitionis eſt, eum ad cauſſam efficientem accommodarunt. Non enim ad agendum eſt, ſed ad patiendum idonea natura. In quibus itaq; locis dixerat Ariſtoteles, Deum & naturā nihil facere fruſtrà: dictū oportuit: Deum nihil facere fruſtrà: Naturam nihil pati fruſtra. Forma, ut dixi, quæ Ariſtoteli natura præſtantior dicitur: hinc faceſſat: niſi actionis ui depoſita, cùm materia paſsionē amplexa fuerit. Generatio rem perficiens & procreans natura non erit: quia agendo id facit, nec ſola paſsione quieſcit. φύσις & natura nō dicitur à φύω quod eſt, produco, genero: ſed à φύω quod eſt producor: non enim actio natura eſt: ſed actionis receptaculum & ſubiectum. Natura ὁρμὴ non uocabitur: ſed aliud quidpiam ad ὁρμὴν ſuſtinendam idoneum reddens ſubiectum. Et quorſum Ariſtotelica naturæ cum arte comparatio, ſiquidem natura paſsiuum eſt rerum principium: non autē efficiens? Cùm in arte paſsio nulla talis ſit, quę cum natura con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ferri poteſt. Philoponus in explicatione huius definitionis toto cœlo aberrauit: qui naturam negauit hîc definiri, ſed eius tantùm actionem, cauſſamq́; efficientem. Totus contrarius eſt Lieblerus, nihil aliud, quàm paſsionem quandam hîc animaduertit. Quid uerbis opus eſt? Rerũ omnium natura tali admiſſa interpretatione à natura expellitur. Nihil omnium rerum erit: quod naturale non ſit futurum, id eſt, habiturum intra ſe paſsionis uim, & cauſam. Sed tranſeat illud: pergo.

Natura dicitur cauſa, ut principium: nominibus idem propemodum ſignificantibus. Sed tamen rationes utraq; uocabula habent diuerſas. Ratione ordinis natura principium dicitur: cauſa, reſpectu quodam, quem ipſa habet ad motiones.

Inanis & inutilis eſt hæc uocabulorum explicatio Grammatica: nullum in Phyſica uſum aut locum habens. Res enim una, eademque eſt principium, & cauſa: in uocabulis eſt diuerſitas. Quomodo autem naturam principium primum dixeris: quã Ariſtoteles capite ſequenti finem rerũ uocabit: cuius gratia priora omnia fiant: quęſo expone? Sed eſto, principium rectè dici naturam. Reliqua tamen in definitione ſuperuacanea ſunt.

Quietis uocabulum non eſt neceſſariũ:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

quæ enim motum cauſæ concitant: eędem motum poſſunt ſiſtere, & cohibere. Cùm contrariorum eadem ſit facultas: ut loquendi, & tacendi facultati eadem ſeruiunt organa.

ὁ δὴ πάρεργον interponitur πρόβλημα de cœlo, & terra: *utrum inter res Phyſicas ſint numeranda: cùm hæc perpetuò quieſcat: illud in perpetuo & iugi ſit motu.* In cuius quæſtionis deciſione, more ſuo ſubtilis eſt Epitomicus, *quod cœlum, ut res naturalis non perpetuò moueatur: nec terra perpetuò naturaliter quieſcat, ſed à diuiniore quodam, & infinito principio, à quo cœlum, & terra, ut uniuerſa natura, dependent.* At Epitomice, hæc ſolutio quæſtionem magis obſcurat: quòd hæc non ſint naturalia: quia à Deo principio infinito dependent. Reliqua omnia ſimiliter à Deo dependent. Hoc tibi exponendum in problematis declaratione fuit: cœlum, & terram non habere in ſe ut moueantur: non habere illam naturam, quam Deus in creatione illis indidit. Quod cùm negare nefas ſit, & à ueritate alienum: confitearis neceſſe eſt, cœlum, & terram, res naturales, ſuo gaudere ſtatu, & actiones à Deo, & natura pſcriptas fideliter obire. Poterant addi interpretū iudicia cōtrà, & pro tua ſententia: ſed superſedeo, & per legem καθ' αὑτὸ inde ad definitionis explicationem

reuocor. *Natura rebus ineſt primò, quia non ineſt reſpectu alterius.* At ſuperfluũ eſt hoc addere: cùm iam dudum conſtiterit, per legẽ καθ' ὅλου πρῶτον, nihil eſſe in arte quod non inſit primo.

Natura ineſt rebus per ſe: quia eſt de rei ſubſtantia, & ineſt in eo, quod quid eſt. At hoc etiam loco ταυτολογίας Epitomice, cùm lex καθ' αὑτὸ generaliter, & ſemel imperet omnia artiũ præcepta eſſe per ſe.

Non ſecundum accidens. Quia ſæpenumero fit, ut quæ rebus per ſe inſunt: reſpectu tamen aliquo per accidens ineſſe uideantur. Atqui Epitomice hæ tuæ ſuſpiciones & imaginariæ dubitationes, non debent rerũ ordinem & bonarum artium leges conturbare. Tibi hæc particula utilis uidetur: mihi uidet̃ inutilis. Quòd enim per ſe ineſt, nunquam per accidens ineſſe cenſendum eſt. Si lubet tamen Lieblere, retineto tuas haſce formulas, & eas ad omnium rerum Phyſicarum definitiones applicato. In principijs: formæ definitio eſt: quod largiatur rei eſſentiam, nomen, definitionem: adde tuas particulas ſi uis: primò, per ſe, non ſecundum accidens. Materia definiatur ſubiectum, cuiusq́; generationis primum: cui inſit per ſe non ſecundum accidens. Nec alio pacto in aliarum rerum definitione, hæ formulæ, differẽtię uicem

cem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

cem obtinebunt: ſed quam logicè, adhibita in conſilium lege καθ' αὑτὸ, cordati iuuenes decernite. Progreditur Epitomicus.

Habere naturam, (inquit) *eſt habere tale motionis principium ſibi inſitum*. Pudet reliqua quæ in hac quæſtione proponuntur addere: adeò ſunt ridicula. Natura dicitur principiũ motus, & quietis. Mox dicitur habitus ex materia & forma compoſitus. Natura dicitur rerũ omnium ſubiectum. Statim affirmatur eſſe in ſubiecto. At materia & forma quæ paulò pòſt natura dicendæ erunt, in quónam ſubiecto hærent? Ac parum abeſt, quin ex hac explicatione natura adiunctũ quoddam ſit: quod ſubſtãtiæ ut exiſtat, implorabit auxilium. Quid parum abeſſe dico? Imò rẽ ſic habere, ut natura ſit accidens, ſequens conuincit loquendi phraſis. Accidentia dicuntur, ipſo Epitomico teſte, eſſe ſecundum naturam: quod neutiquam uerum erit: niſi accidentia natura talem habeant, à qua conſequantur, ut ſecundum naturam dicantur. Ac ſi maximè hęc eſſent uera, tamen deſidero hîc exempla Phyſica: quibus explicentur. Morbi enim exemplũ ad Phyſicam de natura inuitis medicis eſt detortum, quod morbus nec ſecũdum, nec cum natura: ſed maximè ei contrarius eſt, eamq; deſtruere contendens. Ex hac defi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

nitionis tam erudita, ſi Deo placet, explicatione, ſequuntur duo corollaria: de ſignificationibus naturæ: & quod natura non ſit demonſtranda.

Significationes naturæ ſunt, quod ad materiam, & formam accommodari poſsit. Ita tamen ut forma potior, nobiliorq́; natura ſit, quàm materia.

At id eſt, quod uitupero, & quã, tam ſępè, tautologiam inculco. Materia, & forma ſub principiorum nomine fuerunt explicata. Idq́; falsò cùm cauſæ ſint Dialecticæ. Nunc iterum explicantur ſub naturæ nomine. Quocunq; igitur ſe tectorio occultent, & quaſcunq; perſonas ſibi affingant: priùs tamen explicatę ſunt: & uitiosè hîc repetuntur: quia uniuerſalia ſunt uniuerſaliter tractanda, & ſemel. Prætereo de induſtria concertationẽ de materia, an dici natura poſsit: an motus, & quietis cauſa eſſe queat? quæ ſola δυνάμει ſubſiſtat: Formam intuens admiror: quomodo inuitis præceptis Ariſtotelis, magis & minus recipiat: ac magis natura, quàm materia reputetur. Sub eodem genere cum materia poſita: nihilominùs tamen magis ab eo genere participat, quàm materia, eidem ſubiecta generi. Dialectici offenduntur, ſed nihil curatur eorum offenſio. Phyſicos tamen offendere non eſt leue. Et imprimis Ariſtotelem

lib.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

lib.1.cap.7. ubi materia magis fuit hoc aliquid, & reuerà ſubiectum formæ: quæ, corruente forma, tanquam accidēte quodam, incorrupta permaneret. Et poſtq̄ forma ad ſummam in natura dignitatem conſcenderat: priuationem in ſuis ſecundis reſpicit: quam priorum iniuriarum oblita, in gratiam recepit, & ſui ſimilem fecit, *ut ſit quodammodò forma, & quodammodò natura.* At profectò nunquā ſperare poteram, ut hæc inter hoſtes infenſiſsimos, reconciliatio fieret. Totus ferè liber primus in eorum pugna, & eius cauſis diuulgandis inſumebatur. Reconciliatio hoc libro facta eſt: & unum ac idem ferè conſilijs, & actionibus ſunt: nulla habita ratione eius, quod priuatio per ſe nihil ſit. Eſt igitur priuatio ſua materia, in qua tanquā accidens hæret, longè felicior, quæ multò inferior, quàm forma, natura eſt. Cauſa autem huius amicitiæ iam contractæ Lieblero uidetur, *quod priuatio mutationis ſit finis, ut forma.* Obſcura Philoſophia. Quod forma, & priuatio rerum principia: pertæſa horum laborū: maluerint rerum naturalium effectus & finis, quam cauſſæ & principia eſſe. Et imprimis obſcurum eſt, quomodo priuatio generationis ſit finis? Secundum corollarium eſt: *quod natura non ſit demonſtranda.* Quia principiū

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

per ſe notum eſt, naturam eſſe. Principia autem demonſtrare: adeò uanum eſſet, ac ſi cæcus de colore iudicaret.

Albo lapillo notati dignum corollariũ, quod utinam re, ſicut uerbis comprobaret Epitomicus: nunquam tam multas res inanes & logicas, tam copioſè demonſtraret: quæ logico ad Phyſicã accedenti ſunt diu admodum familiariſsimę. Atq; hæc libri primi logica, de materia, forma, priuatione, inani tautologia, uitioſè repetita eſt.

IN CAPVT II. LIB. II.

VErè cecinit ille.

Nemo adeò ferus eſt, qui non miteſcere poßit,
Si modò culturæ patientem præbeat aurem.

Quantò enim progreditur in ſua Epitome & ſcholis Rami longius, tantò miteſcit magis Epitomicus: & magnam Ramo, Ariſtoteli ſuas exprobranti ineptias, ueniam largitur. Quod uel ex hoc ſolo capite teſtatũ reliquit. Duæ ſunt Ariſtoteli huius capitis partes. I. De collatione & differentia Phyſici cum Mathematico. II. Quod Phyſici ſit materiam, formam, finẽ conſiderare, efficiẽte ſpreta. Poſteriorem partem, hoc eſt, logicam materiæ, formæ, finis, per totam hanc Phyſicam diſſeminatam, taciturnita-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

te, & ſolo ſilentio à Phyſica arcendã confitetur Epitomicus. Et quidem id factum iudico, ne contra legem καθ᾽ ὅλου πρῶτον eadem cantilena, nimis ſæpe audiretur. Veruntamen ne uideretur ex Ariſtotelico Rameus factus: ex procuratore aduerſarius: ex defenſore accuſator, primam capitis partem reſeruat, de diſcrepantia Mathematici & Phyſici: *Quod Mathematicus ſpecies quantitatis ſuæ ſcientiæ ſubiectas, ſine motu conſideret: & proinde eas à materia abſtrahat. Phyſicus uerò eas conſiderat in materia: à qua ſeiungi nequeant.* Hæc eſt illa Phyſici, & Mathematici comparatio: quam huic inſerendam loco duxit Epitomicus. Verùm eam tanti momenti non iudico: ut ordinem interturbare iure potuerit. Etenim hoc loco, aliena, uana, falſa eſt. Aliena eſt. Nihil enim Mathematicum præceſsit, aut ſequetur proximè, quo cum cohærentiam habeat. Cœptũ eſt agi, de cauſsis, agitur deinceps de cauſsis, ut nulla talis comparationis, uel ſaltem probabilis appareat ratio. Dehinc ſi Phyſici eſt, ſolas res ſenſiles conſiderare, cur in Phyſicam introducitur comparatio inſenſilium? Vanam eam eſſe hinc diſce: quod data Phyſicæ definitio, omnia quæ ab ea eſſent ſemouenda, ſegregat. Definitio enim non ſolùm rem, quid ſit, explicat: ſed etiam eandem, tan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

quàm terminis, & limitibus à cæteris rebus diſtinguit: uanum igitur eſt, rem certis concluſam terminis: alijs & ſuperfluis limitare. Falſitatē in hac cōparatione ipſius Epitomici uerba proferunt. *Quod res Phyſicæ à ſubiecto ſeparari nequeant*: quaſi Mathematicus ſola accidentia à rebus Phyſicis abſtrahat: quod ſi eſt, omnis eius certitudo tollitur. Nemo enim ſibi perſuaſum habebit, ex accidentibus quibuſdam imaginarijs, nūc præſentibus, & exiſtentibus, nunc deſtructis, & euaneſcentibus aliqua neceſsitate effectus conſpicuos, & admirandos produci. Talia autem accidentia neceſſe eſt Mathematicum conſiderare: cùm Phyſicas res ne mente quidem ſeparare, & imaginatione uſurpare poſsit. *Sunt enim omnibus modis, niſi deſtruātur, inſeparabiles.* O' miſera Mathematicorū ſors: quib. nihil licet præter quantitates imaginarias in artem ſuam traducere. Res Phyſicas, ſi Mathematicè in ſuum commodum tractauerint: ſtylum, aut bilem Ariſtotelis, & Epitomici in ſe concitauerint. Grammatico licet uoces Phyſicas declinare. Dialectico de rebus Phyſicis diſſerere. Non autem licet Mathematico miſero res Phyſicas etiam Mathematicè tractare: ut inter alias artes Matheſis ſola Phyſicis noſtris odio pſequēda uideatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

IN CAPVT III. LIB. II.

Digreſsio fuit à Phyſica in artes Mathematicas, aut in ipſum Mathematicum: regreſsio fit ad cauſas: quæ tamen primò ſub nomine principiorũ prodierunt. In prioribus huius libri capitibus: naturæ tectorio occultabantur. Hîc propriam perſonam detecta facie, & larua aliena ſuſtinent. Idq; non temerè: *ſed quia ſine earum explicatione nulla poteſt eſſe ueri cognitio. Tum enim unamquamque rem cognoſcimus: cùm eius cauſas perſpectas habemus.* Verùm hoc nihil noui eſt: ſic enim primo cap. lib. 1. non ſolùm cauſas cognoſcendas: ſed etiam initiũ Phyſices ab ijs faciendum docti ſumus. Sic cap. 1. lib. 2. proponitur materia, forma, efficiens Phyſico. Sic huius capitis quæſtione ultima proponuntur cauſæ Phyſicæ. At logicæ acutiſsime, quouſque elenchus iſte nos fatigabit? Vſum cauſarum non ſolùm in Phyſica, ſed etiam in artibus omnibus eſſe maximum, teſtes ſumus alacri animo prompti. At doctrinam cauſarum logicæ artis propriam eſſe, cogit nos credere neceſsitas logica. Neque etiam aliter cauſæ hîc, quàm in logica definiuntur. Logica igitur cauſarum doctrina, logicis relinquenda eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

da eſt. Vſus quem in Phyſica, & in alijs artibus præſtant inde petendus eſt. Hunc uſum ſi in Phyſica requiris non unum uerbum tecum commutabo? Quæ dum tibi affirmo: nolo te exiſtimare, iſtas diuiſionū formas mihi placere: quæ etiam à teipſo, ſola illa de cauſsis per ſe, & per accidens excepta, improbantur. Quæ ut maximè commoda ſit: hoc tamen loco aliena eſt: & heterogenea. Cùm autem hæc ſola arrideat, & placeat: cur aliæ ſophiſticæ, & fallaces, hoc loco ſunt appoſitæ? Quia lubet dixeris: nulla grauis cauſſa eſt. At ego dixerim per legem κατὰ παντὸς, uitijs in bonis artibus nullum eſſe locum. Et factum id, ut te ſophiſtam, & fallacem quidem oſtentares. Atq; hæc eſt capitis pręſentis Phyſica: quæ penitiùs introſpecta, diligentem animaduerſionem requirit. Præcipuè tamen duobus in locis, & quęſtionibus. In ea quę de forma, & quæ de materia eſt. De materia repræhendo, quod loquaris non de materia in genere: *ſed de ea quæ habet λόγον, gratia cuius, certi generis motus, ſtatusq́; res eſt particeps: ex qua dicas gigni, & fieri quippiam.* Atqui ego putabam ex priore materia, prima nempe, etiam gigni aliquid: Quòd uterque Philoſophus me primo libro docuit. Nec etiā hæc doctrina cum Ariſtotelis doctrina ſtare poteſt:

teſt: qui huius principio capitis, pollicetur ſe explicaturum cauſſam primam & principia prima: in omni generatione & interitu naturali. De forma itidem ſed imprudens laberis, *cum formam doces exemplar eſſe, quod in ſubiectũ imprimatur, cuius notio ratione tantũ cõſtat.*

Per imprudentiam te lapſum dixi. At uerius dixiſſem: ſi affirmaſſem, tibi ueritatem excidiſſe, nolenti. Capite præcedenti cum Ariſtotele confirmaſti, formam, nec reapſe, nec imaginatione, à materia, ſeu compoſito abiungi poſſe. Ideas Platonicas ſeuerè & acerbè exagitaſti: quod earum doctrina mõſtro quouis eſſet horridior, & formidabilior. Pręſenti capite profiteris, formarum naturam eſſe: ut ſint rerum exemplaria, in ſola mente notionem habentia. Tute elige quam harum ſentẽtiarum minus uelis corruere. Nolo ego tuam mentem & animi cogitata perſcrutari. Certum tamen eſt leges auguſtas, tales aridas, leues, & inconſtantes nugas in Phyſicam non admiſſuras.

IN CAPVT IIII. LIB. II.

NAturæ & principij nomen euanuit: remanſit circumſtantia quædã cauſſę efficientis: de efficiente per accidẽs. Suſpenſus tamẽ animo eſt Epitomicus qd

ea fa-

ea faciat. Et, utrum talis quædam, uſquam exiſtat cauſſa. *Si enim*, inquit, *ſunt quodam, quæ à fortuna & caſu proueniunt: certè pro cauſsis tam fortuna quàm caſus reputantur.* Syllogiſmum, quo fortunam, & caſum confirmãda duxit, ſic inſtituit.

Si à fortuna & caſu quædam proueniunt: fortuna & caſus pro cauſsis reputantur. At dicimus à fortuna & caſu multa prouenire. Quocirca, neceſſe eſt fortunam & caſum in cauſſarum ſocietatem adiungere. Atqui fraudulenter, ſapienter dicere uolebam, Epitomicus aſſumptionem alienam ſuo captui congruẽtem pro hac ſuppoſuit. At à fortuna & caſu multa proueniunt. Cuius, cum perſpexit debilitatem, ſupprimendã duxit: ex Philoſopho orator factus. Sed ego pro Phyſico noſtro ſubſumam, ut Epitomici detegatur Phyſica. Quòd à fortuna & caſu nihil rerum unquam proueniat. Ad cuius ſubſumptionis robur non concitabo contra Epitomicum ſeuera & grauia Theologorum iudicia, ſed Phyſicorum ueterum & experiẽtię aduocabo ſuffragia: ex quibus euidens eſt nihil omniũ rerum fieri: quod certas & definitas cauſſas non habeat. Quales cauſſas fortunam & caſum, uocaturum Epitomicum non facilè credi poteſt. Sed fortaſsis uerbis huic mecum accèdere ſententiæ religio erat: nihilominus

re ipſa,

re ipſa mihi aſſentitur: quod capite ſequẽti teſtificabitur. Ariſtoteles iam dudum ad Platonicam de fortuna ſententiam declinauit: ea quæ nobis fortuita uidentur, Dei omnipotentis fieri opera. Poëtę Ethnici hãc quoq; de fortuna Phyſicotheologiam rident. Vnde Iuuenalis magnificè ſcriptum reliquit:

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed nos
Te facimus fortuna Deam, cœloq; locamus.

Neq; ſoli Poëtæ ſed omnes ferè ſcriptores, hanc cauſſam, fortunam, contemnunt, & ludibrio habent. Quæ ignorantia matre, ſtultitia patre in lucem edita eſt. Sed illa nos adeò non mouebunt: quin Phyſicam Epitomici de hac cauſſa, in examen admittamus.

IN CAPVT V. LIB. II.

Fortuna eſt cauſſa per accidens eorum, quæ per electionem alicuius gratia fiunt. Definitio Epitomico obſcura eſt: declarationem addit.

Fortuna dicitur cauſſa: non, ut imperitè uulgus ſomniat, euentus fortuitus.

Non tamẽ ſimpliciter dicitur cauſſa: ſed cauſſa per accidens: accidit enim uoluntati humanæ, & ijs rebus ineſt, quarum gratia aliquid ſuſcipitur. Sic definitionem obſcuram explicare uoluit Epito-

micus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

micus. At non obſcuritas ſola, ſed uitij in ea tantum eſt, ut celari nullo tectorio poſſit. Adeò enim lata & ſpatioſa eſt: contrà bonæ definitionis naturam: ut ad omnes humanæ uoluntatis, & ingenij, quæ per electionem fiunt actiones, accommodetur: resq́; eas ſub fortunæ imperium redigat. Quod lego: quod cõtrà te diſputo: ſola fortuna in cauſſa erit. Harum enim & ſimiliũ actionum cauſſa, accidentalis eſt & arbitraria, libereq́; in meum incidit animũ, id ut faciam. Addo ut habeant hæc maiorem ueriſimilitudinẽ, me (proh dolor) nec ſemper, nec plurimum, ſed rarò ad has actiones traduci. Atque hoc fuit definitionis in nimia latitudine uitium.

Diuiſiones duæ ipſi explicationi uitioſè permiſcentur: neque cominùs, neque eminùs ad theſin de fortuna ſpectantes.

Prima eſt: *omnia quæ fiunt: uel certo fine propoſito generantur: uel nulla finis deſtinatione ſuſcipiuntur. Secunda: Quæcunque fiunt, & aguntur: uel per electionem fiunt: uel citra electionem ad ſuos fines tendunt.*

Hæ diuiſiones non fortunæ ſolùm, ſed rebus omnibus, quæ agant, aut patiantur, conueniunt: cùm tamen de fortuna diſputatio ſit inſtituta.

Taceo, quod prior omninò ſit falſa: quia nulla

nulla actio in toto mundo ſit uſquam ſuſcepta ab homine ratione prædito: quę non alicuius finis, ſit ſuſcepta, gratiâ. Contrarium ſi habes Epitomice: nos exemplis refuta. Ambulationem in forum ſuſceptam finis alicuius gratia, qua fronte inficiatus fueris? Scio cum interpretibus te reſponſurum: *Finis quidem gratia eam ſuſceptam, ſed non eius finis ut pecuniam à creditore acciperet.* Hanc ſolutionem ſcholaſtici omnes tanquã inuentum Archimedeum prædicant: quam tñ non audent ſequi, & diu profiteri. Meminerunt enim, ſe de cauſis dicentes ad effectus lapſos. De cauſſa quæro: de ipſa ambulatione, non de eius effectu, qui ex ea eſt conſecutus. Eſt'ne hæc ſine deliberatione, & conſilio inſtituta? ſi eſt, nominabitur fortuna. Effectum non deliberatum nec pręmeditatum, ſi fortunam dixeris: te, tuumq́; Ariſtotelem peſſundabis: & pro doctrina de cauſſa efficiente: doctrinam de effectis nobis ſubſtitueris: naturęque ordinem inuerteris.

Sed uidear ridiculus, ſi de hac re cõpioſius diſputem, cum conſentientem mecũ, & receptui canentem habeam aduerſariũm. Quare potiùs cum eo concludo: Ethnicorum ignorantiam, de fortuna fabulam in obſcuro loco commentam eſſe, quam a-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

alij deinceps alijs tradidêre. Cùm tamen nobis uero Dei cultu tinctis nulla cauſſa uideri poſsit. Partem huius fabulę uanam: partem alienam: totam ſimul falſam: à Phyſica: ad neſcio quem, ex Plutonis familia, amandandam, bonæ leges conſtituerunt.

IN CAPVT VI. LIB. II.

NE ſolitaria procederet fortuna: Achate & comite, caſu ornatur. A' quo propter morũ ſimilitudinem, & in effectibus producendis conuenientiam, uix ac ne uix quidem diſcerni poteſt. Diceres ex ijſdem utrumque natum parentibus. Diſcernuntur tamen ab inuicem: *Quod fortuna humanæ uoluntati: caſus naturæ inhæreat.* Nihilominùs Cicero ſe caſu apud Pompeium dicit cœnaſſe. Et Plutarchus lapides fortunatos, ex quibus aræ fierent. Cùm hoc uiderent interpretes ad metaphoram quandam decurrebant: Sed Ciceroni, & Plutarcho non placebit interpretatio. Et Epitomicus quoque hanc differentiam poſtea deſerit: ac aliam reperit: *quod caſus & fortuna differant tanquam genus, & ſpecies. Vt caſus generis: fortuna ſpeciei habeat rationem.* Caſus itaque ſi inſtar generis ſe habeat, ad res tam animatas, quàm inanimatas;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

matas: ad ea, quæ cum delectu, & ſine delectu agunt, refertur. Nam ſi genus ſit, de ſpeciebus ſuis omnibus prædicari poteſt. Vt omnis caſus ſit fortuna: non uiceuerſa.

Ariſtoteles utriuſq; huius differẽtiæ oblitus, fortunam & caſum pro eodem ſumit. Quæ in delectum (inquit hoc capite) cadunt, fortunæ tribuuntur. In his quæ delectu ſunt prædita, caſus efficitur. Sentis Epitomice, niſi lepr oſam mentis cutem habes, hanc inconſtantię & leuitatis plagam. Quid iam dices de ijs, quæ tuam doctrinam de fortuna concomitantur? *Fortunæ infinitas eſſe cauſas: quod uni infinita poſſunt accidere.* Appono: Fortunam igitur hîc non ut cauſſam, ſed ut effectum explicari. Item: *Fortunam eſſe inſtabilem*: quod credo uериſsimum eſſe: cùm nihil ſit: nullam habeat cauſſam. Immò nullius cauſſæ nullus affectus. Quocirca hæc præſentis capitis logica, de particula cauſſæ efficientis: fortuitò & temerè in Phyſicam intruſa eſt.

IN CAPVT VII. LIB. II.

INitio capitis tertij accepimus, in uniuerſum Phyſico conſiderandas rerum cauſſas. In fine eiuſdem capitis, ſpeciatim de ijſdem cauſis conſiderandum admonemur. Idem locis quàm plurimis inculcatum eſt. Et nunc denuò eadem cantilena cantatur: *Quod cauſarum numerus ſit quaternarius: & quod Phyſici ſit, in eum numerum inquirere.*

Quam tautologiam excuſat Epitomicus, quod coronidis uicem in cauſſarũ doctrina obtineat. Quod ego non admiror, cùm nullum ſit in Ariſtotele uitium, quod non ſummæ laudis, uirtutiſque loco habeat. Attamen ſerue nimium ſedule: quare numerum hunc cauſſarum poſtea immutas? finemque efficientem, & formam concurrere doces? *Quia* (inquies) *tres cauſæ uni rei accommodantur. Vt homo generat hominem, in qua generatione, forma & finis unum ſunt.* At falſiſsimũ illud eſt: forma enim, finis efficientis, & agentis eſt, non rei formatæ, aut hominis geniti. Quare ſophiſticum dicit: qui dicit formam, & finem idem eſſe: cùm reſpectus ad res diuerſas fiat. Et quis unquam crediderit, formam hominis eſſe eius finẽ, ſeu uſum? Magis adhuc falſum eſt, efficien-

tem

tem idem eſſe cum forma, fineque. Homo enim efficiens cauſſa alterius hominis, eiuſdem forma, & finis eſſe nequit. Iam his ita declaratis, reponam Epitomico, magnam fuiſſe eius temeritatem : in repræhendendo Ramo, & Ariſtotele magiſtro excuſando.

IN CAPVT VIII. LIB. II.

QVia non ſatis copioſè de fortuna, & caſu declamatum fuit, redeundum illûc fuerat, & monendum: *non temerè & cæco quodam impetu, naturam, ut fortunam, & caſum agere.* Quod ipſum tamen temerarium eſt: lex enim κατὰ παντὸς, non modò temeritatem nullam, fortunamúe: ſed ne conſtantiam quidem, niſi neceſſariam ullá in artibus patietur. Nihilominùs tamen audiatur diſputatio Epitomici.

Primum argumentum eſt, *quod res naturales fiant, ut plurimum & eodem modo. Quare etiam propter finem.* At illud eſt principium petere. Vtrum ſcilicet natura fiat ut plurimum: nõ rarò ut fortuna & caſus. Quod nondũ confirmatum eſt, ſed quæſtio ſolummodo ipſa pro argumento: alijs uerbis repetita eſt. Secundum argumentum intricatum & perplexum eſt. Ramus idẽ clarius ex Ariſtote-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

le adducit. In quo antecedentia & conſequentia ad unum referuntur finem: ibi eſt alicuius gratia: idq; propter finẽ agit. Hoc autem in natura obſcurè, in arte perſpicuè apparet. Proinde nemini dubium erit, tam artem, quã naturam, propter finem agere. Hoc argumentum obſcurè & oratorũ more propoſitũ ab Epitomico explicatur: per comparationem inter artẽ & naturam: *Vt, quemadmodum artifices, priora cauſſa poſteriorum, faciant: Ita iudicandum in natura fieri.* Per inde ac ſi dicas. Ars longè eſt præſtantior natura hoc nomine quod ad eius imitationẽ, ſuas natura actiones dirigat: & quãtum fieri poteſt, conformet. Cùm tamen contrariũ magis ſit ſimile ueri: artem naturæ opera, quã poſſet, æmulari: naturęq;, finem firmius & certius quam arti eſſe propoſitum. Philoponus inter Ariſtotelis interpretes nõ infimus: in hoc argumento Ariſtotelis ſentẽtiæ aſſentiri abnuit. Exiſtimat enim hanc propoſitionem, ſeu maiorem non eſſe *κατὰ παντός*. Nam ſi per finem extremum quodcunq; intelligat: falſum eſt, & ab eo ipſo antea reprobatum: Dum inficiatus eſt, omne extremum finem eſſe: ſed id quod optimũ eſt: Ideoq; Euripidem inconſideratè mortem appellaſſe finem. Sin autem finem propriè id, quod optimi habeat rationem intelligat:

telligat:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

telligat:principium petit:cùm illud ipſum in controuerſia ponatur,utrum in rebus naturæ finis talis ſit propoſitus: cuius gratiā natura hoc operetur,quod efficiat. Nihilominus tamen ut hæc τερετίσματα Ariſtotelis, ſua diligentia excuſet: ſolutionem comminiſcitur: Finem uerum, & proprium nō reſpici:Nec de rebus naturalibus,ſed de artificialibus literam audiendam. At diligens hic ſeruus nimia diligentia labitur: Ac errores & inſcitiam magiſtri, tegere cupiens, ſuam prodit & oſtendit: Cùm ne de ijs quidem uera eſſe poſsit. Quæ'nam conſequentia hęc eſt? Ars finis gratia omnia facit. Itidem igitur natura. Hæc ſi firma erit: naturæ ac arti eadem præſcripta agendi eſt ratio: quod tamen maximè dubium eſt. Et, quamuis concederem omnes argumenti partes ueras eſſe: tamen id tantum concluderent: Naturæ ut arti frequēter finem eſſe propoſitum. Et ſimilitudo artificis, ad id probandum, quam artis longè eſt conuenientior. Simplicius cum Philopono facit: renuens uerū, optimumq; finem poſſe intelligi. Epitomicus rem inuolutam, nec animo concipi, nedum uerbis exprimi poſſe, animaduertens: argumentum obſcurè propoſitum, deſerit.

Tertium argumentum uix extremis la-

bijs attigit Epitomicus. Sed ex Philoſo-pho orator factus: Ciceronis locum quen-dam de mente, conſilioque diuino, admi-rabiliter omnia conſeruante, & admini-ſtrante perorat. Quod tamen dictum Ci-ceronis, in quæſtione, an natura ἕνεκα τοῦ a-gat, heterogeneum eſt. De mente diuina res conſeruante, nec dictum eſt priùs, nec hoc libro deinceps dicetur.

Venio ad argumentum quartum: *Natura agit propter finem: etſi ſine deliberatione agat. Quia artifices ſæpè ſine deliberatione agunt.* Falleris, ut priùs, Epitomice. Etſi enim artifex, more ciuili, adhibitis foris amicis, & conſiliarijs non deliberat: aut conſultat: tamen è regulis ſuæ artis, de quibus agit, iudicium, & conſilium expetit: niſi malit temerè, quàm artificiosè agere. Incredibile quoque uidebitur, artifices agere propter finem, de quo non prius cogitauerint, & deliberauerint.

Et quod præterea in argumento eſt: *Naturam non deliberare*, malè deliberatum conſilium oſtendit: qui, ut à partibus tui Magiſtri hæreres: nullam diuinitatis, & prouidentiæ micam, in rebus naturalibus agnouiſti. Quæſo fatere ingenuè quando uſus eſt: tuum Magiſtrum hominem fuiſſe, & errare potuiſſe: aut etiam ei dormitanti æneum globum in peluim non excidiſſe.

Quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Quod ſi negaueris, præficies re ipſa talem Deum rebus naturalibus, qui res ita conformauerat, ut poſtea earum nullã curam gerat, ſed proprio motu, ſine conſilio, deliberatione, auxilio conditoris, ſuas actiones, & munia exequantur.

Quintum argumentum eſt, *Artifices nonnunquam ſuo fine, & bono fruſtrari. Quare monſtra, & prodigioſæ rerum ſpecies: in actionibus naturæ incidentes, naturam temerè agere non coarguunt.* In hoc argumento non ampliùs ſimilitudo ab arte ſumpta placet: ſed magis congruit artificis. Mirifice Epitomice, artificibus de principio capitis laudi duxiſti: quod temerè nihil agerent. Eorum poſtea errata plurima offendiſti: in quę animaduertẽda duxiſti. Sed deprecabuntur errores malo fato, & infortunio quodam ſe erraſſe. Ars ipſa clamabit non fuiſſe eos artifices, qui errarunt: ſed ab imperitia quadam imperitos rerum uocandos. Nam ſi fuiſſent artifices non peccaſſent. Simili modo ſi natura, in alium culpam tranſtulerit: ſe per imprudentiam quandam peccaſſe: aut fortunam, & caſum in cauſſa fuiſſe, quod lapſa ſit, omnem temeritatis ſuſpicionem euitabit. Fortuna, & caſus in culpa erunt.

Sed quicquid poterit, prætendat natura: uerior tamen Phyſica erit: Si Deus natu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ræ curſum mutare dicatur pro ſua potenti uoluntate, & arbitrio: & omne quod in eius impeditis actionibus contingat, huius prouidentia, & uoluntate fieri. Quod cùm uerisſimum ſit, nihil eſſe fortunam aliud, quàm fabulam, ignorantia matre genitam: ſatis dilucidè conſtat.

IN CAPVT IX LIB. II.

CApuт octauum contra caſum, & fortunam: occaſionem dedit de Democriti neceſsitate dicendi. Quæſtio talis facillimè in animum lectoris incidere poterat. Cùm omnia propter finem aliquẽ agant: quomodo ad hunc finem peruenitur: caſu ne an aliqua neceſsitate? Caſu aũt ad eum finẽ perueniri iam dudum eſt præciſum. Neceſsitate igitur? *Sic: uerùm non ſimpliciter: ſed diſtinctione neceſsitatis in ſimplicem, & neceſsitatem ex hypotheſi, priùs conſiderata. Simplex à rerum naturalium compoſitione excluditur: in earundem interitu ineſt. Ea quæ ex hypotheſi eſt: rebus naturalibus commodisſimè ineſt.* Ad extremum eadem hæc neceſsitas ex hypotheſi, duplex conſtituitur: una in argumentationibus: altera ad eius ſimilitudinem conformata, in rebus naturalibus. Hiſce arbitratur Epitomicus, placatos Democritum, e-

iusq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

iusq; æmulos: neceſsitatem in rebus naturalibus agnoſcentes.

Reputare autem diligenter te cupio, lector beneuole, quomodo Lieblerus priuationem quandam in rerum interitu, quam neceſsitatem abſolutam appellat, excogitauerit: Qua, res omnes intereant: ſed non oriantur. At Democritus ſi talem neceſsitatem in rerum generationibus eſſe audiuerit: Quæret, undénam ad res generatas acceſſerit, cùm in ipſa generatione non ad fuerit? Non poteris aliter reſpondere: quã à diuina prouidentia, iudicioq; Dei conſtanti. Sed quid impedit, à diuina prouidentia, & iudicio, eodem modo res initiũ capere, conſeruari, regi, quo intereunt? Scio quid impedierit. Puduit, cum ſacris li teris Dei prouidentiam: cum Platone Ideas, & ſpecies diuinas: cum Parmenide unitatem: cum Anaxagora mentem contra tui Magiſtri uoluntatem aſtruere. Sed tandem tuæ uoces ſimplicem neceſsitatem oppugnantes: neceſsitatem ex hypotheſi: parturiunt. Quod non eſt uerum ueræ neceſſitatis oppoſitum confirmare. Oppugnando ſimplicem neceſsitatem, & ueram: contingentiam defenſam oportuit: & rebus naturalibus ineſſe demonſtratum. Siquidem in uerè oppoſitis: uno remoto ponitur alterum.

terum. A` qua, capùt VIII. docens naturam nihil agere fruſtrà, cùm abhorreat, Epitomicus ne in has ἀντιλογίας offenderet: aliam magis notam theſin declamitandam aſſumit.

——Amphora cepit
Inſtitui: currente rota tandem urceus exit.

Quod ſi diſputaſſet ut temeritatem ſic uiolentiam nullam in rebus Phyſicis ineſſe: theſi ſuperiori conſentaneam diſſeruiſſet. Quod ſi diſputaſſet cum Theologis, fatalẽ neceſsitatem nullam eſſe: ſed Dei conſilio omnia regi: diuinam prouidentiam comprobaſſet. At neceſsitatem hanc uerè neceſsitatem dictam: ſeu uiolentam, ſeu fatalem præterit: Syllogiſticam diſputat: quæ non ſit ἁπλῶς ſed ἐξ ὑποθέσεως, neq; diuinam ullam recordatur. Syllogiſticæ huius conſecutionis neceſsitas, neq; cominus, neq; eminus ad rerum generationem attinet. Et cùm reſpondendum eſſet Phyſicis neceſsitatem abſolutam rebus naturalibus imponentibus: ad neceſsitatem quandam aliam eſt declinatum. Quáre neceſsitas, neque Phyſicè, neq; logicè, tractata eſt.

Atq; ita ſecundus liber ſub naturæ tectorio doctrinam cauſſarum logicam perſtrepit. Quem elenchum, alioſq; ſimiles lex καθ' αὑτὸ ſeuerè punit: ſatis enim in logico organo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

gano de cauſsis dictum, oſtendit. Imperat Phyſicus, Phyſicis cognitionē cauſſæ, quia ſine cauſsis ens Phyſicum nullum futurum ſit: nec cognoſci poſsit: aſſentior. At cauſſarum doctrina communis eſt: & proinde in arte omnium rerum communi tractanda: id eſt, in logica quæ circa omnes uerſatur materias. Imperabit igitur ſuo iure æqualiter omnibus artibus, logica: Illisq; poteſtatem faciat uſus & utilitatis ſuorum præceptorum. Præcepta tamen ipſa, quibus ſunt tractādæ, ſi aliæ ſibi arrogauerint artes, ad leges ſeueriſsimas ſine mora appellabit. Noua uidebuntur hæc, ijs qui tenebris occæcati ſcholaſticis: nunquam ſuorum ſtudiorum, aut diſputationum ſubtilium fructum quæſiuerunt. Iis uerò qui finem logicæ & Phyſicæ requirunt: qui leges bonarum artium & ſtudiorum tanquam duces ſequentur, non ſolùm uera, ſed etiam dijs & hominibus approbantibus iucunda & neceſſaria erunt. Fabulaq; hęc Phyſica multos annos pro uera Phyſica in ſcholis acta: cuius admiratione, ſtupore correpti adoleſcentes, meliorem quærere deſierunt: intelligat tandem pœnæ tarditatem, grauitate compenſari.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

SCHOLARVM PHYSICARVM LIBER III.

IN CAPVT I. LIB. III.

EVICTVM cum ſit, argumentis ab experientia, uſu & inductione ductis: primos duos Epitomes Liebleri libros: ſophiſticè è logica inuentionis Cathegoria de cauſsis, huc aduocatos: tertium hunc librum longè σοφιστικωτέρως, cathegoriam de cauſſarum effectu, motuque, in hac eadem Epitome diſputare, res ipſa docebit. Vt enim cauſſarum doctrina ſub nomine & tectorio principiorum, naturæq;: ſic effectus, & motus ſimili fraude: hûc ſe intruſerunt. Lex καθ' αὑτὸ tantas ineptias ſeriò auerſatur.

Interrogari iubeo Ariſtotelem Phyſicũ: & eius aſſeclam & ſeruum, noſtrum Epitomicum: cuiatem putent eſſe cauſſarum doctrinam? Phyſici generis reſpondebunt. Interrogatus idem Ariſtoteles & Epitomicus: Cuiatem putent doctrinam motus & effectus? Idem reſponſum dabunt. At ſi Ariſtotelem logicum interroges organon logicum docentem: Cuias ſit cauſſarum ars? Logi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Logicam eſſe clamabit. Itidem interrogatus, de genere, familia & natione motus & effectus cauſſarum: Neutiquam, ſi ſapit, parenti aliam nationem quam fœtui, ac ſoboli aſsignabit. Poſterius hoc iudicium ut uerius, ſuis ornabit laudibus, lex καθ' αὑτὸ: cũ cauſſarum & effectuum doctrina, inter locos dialecticos egregium laudis titulũ inuenerit. Inconſtantiam iudicis minimè approbabit: niſi priùs ueniam precatus, peccatum confeſſus fuerit. De quibus hoc loco parciùs ago: cùm ſæpiùs eadem admonendi occaſio, nolenti offeratur. Quare patior, ut motus in Phyſicam adducatur: tanquam naturæ pediſſequus: idq́; hoc pręcipuè nomine: *quod natura definita ſit principium motus & quietis: cuius definitionis ſenſum nemo aſſequetur: niſi prius explicetur, quid ſit motus & quies.*

Hem Lieblere, quid agis? telam Penelopes texis, & retexis: lectorem tibi antea beneuolum, abs te alienas. Sic enim in animo ſecum reputabit. Proh Iuppiter. Definitioni naturæ, tanta definitionum, diuiſionum, acceptionum, comparationum copia munitæ, firmiter ſtandum putabam: & ne hiſcere quidem contra eam ſuſtinebam. Ea nunc primũ, à proprio parente, obſcuritatis fit rea: quod definitionis turpiſsimum, & ab Ariſtotele damnatũ uitium eſt.

Indiget

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Indiget enim motus doctrina, ſi perſpicuitatẽ illam, quæ bonã definitionem decet, ſibi uindicare uoluerit. Verũ Epitomice: cũ motus doctrina clarior ſit, & notior, quã doctrina de natura, & ad eam intelligendã neceſſaria: cur non à notioribus ad obſcuriora procedendo: ordinẽ in artibus legitimũ, à te ipſo & tuo Magiſtro laudatũ ſeruâras. Addo, ſi natura Phyſica, & ſenſilis: quæ Phyſicæ propriè ſubijcitur, benè & ex ordine definita eſſet: nequaquã principiũ motus eſſet appellata.

Pari etiã aut grauiore fuco, Infinitũ, Locus, Vacuũ, Tẽpus, in Phyſicã inferuntur? *Infinitum: Quia motus eſt continuum quiddam, & continuum poteſt in infinitum diuidi.*

Locus: quod omne motum in loco aliquo moueatur.

Vacuum: propter locum, ne ut ueteres locum, uacuum quoddam ſeparatum temerè ſuſpicemur.

Tempus: quia omnis motus, in tempore, non in momento temporis fiat. Vt iam noua librorum Phyſicorum epitome, ſeu cõmentarius in hac libri tertij Præfatione appareat. Sed cordate Lector, uelim te obſeruare hãc motus inſignẽ audaciam: qui ſorte ſua non admodũ contentus, quod in Phyſicã à natura, tanquã ad conuiuium delicatũ ſit inuitatus, niſi etiã ſecum contra conuiuarum

morem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

morem plurimas, & inutiles umbras addu
ceret. Vmbræ in Phyſica ſunt: non conui-
uæ. Infinitum, quod in logica, uel Mathe-
matica: locus, quem in logica, cùm de ſub-
iecto agitur: tempus, quod in adiunctis lo-
gicis: aut ſi motus cœleſtis attendatur, in
Aſtrologia, manſiſſe oportuit. Hoc leges,
huic Phyſico conuiuio, à Sympoſiarchis,
Iuſtitia, Sapientia, Veritate, præfectæ: uo-
lunt, iubent, imperant. Secùs, quàm earum
habet ſententia, qui fecerit, à conuiuio ex-
cluditor.

Atq; has leges te commoturas ſpero E-
pitomice: quamuis ad Rami declamatio-
nes: te commotum iri perneges. Sic enim
contra te loquentur:

Docte Phyſice, & logice acutiſsime: Ag-
noſcimus, motum eſſe in reb. naturalibus
neceſſarium. Fatemur res eſſe à ſeinuicem
diligenter ſeiungendas. Et præcepta artiū
non eſſe in unum chaos confundenda. Ni-
hil tamen inde cōcludis. In Ramum bilem
quandam malè concoctam effundis. Mul-
ta dicis: nulla aut pauca probas. Nam quod
Ramo impingis crimen: ab eo liber eſt: qui
rei ueritatem optimè ſeparat. Dialecticam
(quod te offendit) artem omnium artium,
& facultatum miniſtram, magnis labori-
bus inuenit. Generalem, de cauſis, & effe-

ctibus inuentionem inibi docet. Sic Dialectica docet: ſic doceri, & ſic conſtitui deſiderat. Res tamen alijs artibus proprias ſibi non ſurripit: uſum in illis ſuum tamen declarat. Ad ſummam, ut paucis multa dicã:

Dialectica habet præcepta, quæ omnibus artibus commodè, & ordine tradendis communicat. Hæc præcepta, ſi quæ aliarum artium, peruicacia quadam, ſibi arrogauerit: hanc ut tyrannicam, & ſophiſticam, ad leges, ſuorum præceptorum autores, & conſeruatores, adduxerit: ad quarum tribunal ego dicta & facta tua, Lieblere, in hac Epitome cito. Sed fortaſsis, quia cauſſæ malæ diffidis: iudices ſubterfugiendo, ad calumnias decurris: clamitans, ut ille Terentianus à Dromone uinctus, Sophiſticè tecum agi. Nam quod ſequitur, te non uidere: *quomodo non ens motui ſubiectum eſſe poßit*: credo: Eoque, quàm fueris Rameæ Philoſophię, quam perſequeris adeò acerbè, perſcrutator diligens, oſtendis. Si tamen pateris Lieblere: addam uerbis Rameis lumen: tu oculos aperies: & res per ſe clara intuenti erit clariſsima.

P. Ramus, Ariſtoteli ex generibus entis, motus genera elicienti ſe opponit. Quod propoſitio ſit falſa: non enim licet adiuncti, genera ex ſubiecto requirere. Aſſumptio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ptio inconſtans: propter multiplices, & inconſtantes diuiſiones entis.

Veriorem autem motus doctrinam ſubſtituit: Motum uidelicet ut effectum cauſſarum: enti & non enti, quod de ipſis cauſsis etiam uerè dicitur conuenire. Et, ut efficientis, formæ, finis, materiæ, conſideratio generalis eſt, enti & non enti communis: ſic effectorum: ſeu motuum doctrina, communis enti & non enti eſt. Vbi igitur cauſſæ concurrent ad aliquid agẽdum: effectio illa erit motus: ſiue ſubſtantia, ſiue quantitas, ſiue qualitas, ſiue aliud quidpiã gignatur. Et cùm id quod non ſit, ex fictis cauſſis comminiſcamur, motus erit: ut in chymeræ fictione & imaginatione, & rebus ſimilibus alijs. Vnde non amplius tibi latere poteſt Epitomice: quomodo motus ſit enti & non enti communis. Tuæq; lippitudini eſt remedium allatum: ut rem clarã cernas. Hæc poſtquam ita penitius intueri ceperis: fateberis ex tempore: Deum nõ eſſe otioſum rerum à ſe creatarum contemplatorem: nihil in hiſce inferioribus, ut ſomniabant Stoici, agentem: ſed eius effectus eſſe præſtantiſsimos, magna cum gratiarum actione ſuſpiciẽdos: Quos effectus, Ramus motus in Deo appellare ſolitus erat.

De animi motibus nõ credo te dubium habere: cum appareat euidentiſsimè, quod moueatur, in conſilijs, dictis, factis, omnibusq́;, quę aut ſolus, aut cum corpore, perficit, effectis. Sic Grãmatici motus erit declinare nomina: coniugare uerba: utraque connectere, &c. Dialectici benè diſſerere. Et ſimiliter in cæteris artibus. Denique mouere & efficere idem eſt: Itaq; motus & effectus idem erunt. Sed nomine effectus, non ſolùm actio ipſa: uerùm etiam opus ipſum actione perfectum intelligitur. Atq; de Procemio horum librorũ ſatis: aut plus ſatis. Ad reliquum caput propero. Proximè itaq; in hoc capite ſequuntur diuiſiones motus.

At definitio teſte Ariſtotele, Cicerone, & ſucclamantibus bonis legibus: præcedere debuit diuiſiones. Verum illud condonetur. *Prima diuiſio eſt entis: In ens actu tantum: aut, actu & potentia ſimul. Actu tantum exiſtunt res diuinæ. Actu & potentia ſimul, exiſtunt res naturales. Nulla enim res naturalis pura eſt* ἐντελέχεια, ſed omnes ſunt mixtæ ἐντελεχείᾳ καὶ δυνάμει.

Dum ego auidus diuiſionem quandam motus expectabam: audio repetitioné ex 8. cap. 1. Phyſ. diuiſionis entis: in ens actu & potẽtia: aut ſi Lieblero placuerit: eiuſdem diuiſionis correctionem. Interpretes hîc

hærent:nec quid pro Ariſtotele dicant,magnis laboribus inueniunt. In lectionis diuerſitatem:obſcuritatem, ſeu errorem,huius loci,reijciunt. Epitomicus uidetur legiſſe. ὃ δὲ λύτι, τὸ μὲν ἐντελεχείᾳ μονὸν, τὸ δὲ δυνάμει καὶ ἐντελεχείᾳ. Quæ lectio ab interpretibus tanquã falſa & Ariſtotelis inconſtantiam arguens, contemnitur. Qui primo libro entia diuiſit:in entia actu,aut poteſtate. Porphyrius aliter hunc locum exponit: uerborum diſtinctione hoc modo facta. ὃ δὲ, τὸ μὲν ἐντελεχείᾳ μόνον. τὸ δὲ δυνάμει, καὶ τὸ μὲν ἐντελεχείᾳ. τὸ μὲν τόδε τι, τὸ δὲ τοσόντε. &c. Quemad.etiã meũ habet exemplar, à Vuechelo editũ Anno 77. ſed huic lectioni officit,quod nó actûs ſolum,in generibus ſingulis : ſed etiam poteſtas inueniatur. Siquidem per actum & poteſtatem genera omnia diuiduntur. Interpretũ magna pars cenſet, poſtremum ἐντελέχεια delendum:ut ſenſus foret: Aliquid eſt quod actu exiſtit:aliquid quod poteſtate:aliquid hoc aliquid:aliud quãtum, &c. In qua lectione nulla mentio fieret diuinarum rerum: quod illę ſint actus puri : non actu : cùm actu eſſe concretorum ſit proprium.

Simplicius,Themiſtius,Alexãder,qui ſecundam lectionẽ probant, diuiſionẽ perfectam futuram inquiunt : ſi adderetur, aliud eſſe, quod poteſtate ſola eſt. Sed id

prætermiſſum, quia nihil tale per ſe exiſtat. Hęc interpretum inter ſe diſſentio eſt: & quiſq; Ariſtotelem nunc in hanc, nunc in illam partem pertrahit: de eius animo, pro ut lubet, diuinans. Nemo tamen aſſecutus eſt, quid inconſtans partitio ſibi uelit.

Secunda diuiſio: ſeu prioris ſubdiuiſio: Res *naturales in decem illa ſumma rerum genera partitur.* Nihil *enim nominari poteſt, quod non ſit aut ſubſtantia, aut quantitas, aut qualitas, aut relatio: aut aliquod reliquorum generum.* Varia hæc & multiplex ſubdiuiſio: inconſtantiam Ariſtotelis arguit. Et quia aliàs tria: aliàs quatuor: interdum ſex: nonnunquam octo, conſtituit entis differentias: in dubio eſt Ramus, cui potiſsimum Ariſtoteli ſit adhibenda fides. Lieblerus hunc nodum tanquam bipenni Tenedia: diſſecuit. Nempe, *Ariſtotelem in Categorijs numerare omnia entium genera. Ibi enim proprius locus eſt iſtis tractandis: in alijs locis tot numerare, quot inſtitutæ tractationi ſeruiant.*

Placet ſolutionis pars: quod proprius ijs ſit in categorijs logicis locus. Impropriè igitur, & malè hîc tractantur. Lex autem καθ' ὅλου πρῶτον impropria in artibus non patitur. Lex καθ' αὑτὸ logicam in Phyſica remanere uetat. Et quis ſanæ mentis credere poteſt: Ariſtoteli poteſtatem eſſe: artium

præ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

præcepta pro ſuo libitu mutare? Nulla lex logica de diuiſione eſt: quæ fert, ornatus, utilitatis,aut uoluptatis gratia: partes pauciores enumerare,quàm diuiſum contineat. Vitium diuiſionis cap.5. poſt.2. eſt:Si quid in diuiſione deſit,ut totum cum partibus conuerti non poſsit. Atqui in tali diſione, quæ nunc hoc, nunc illo pacto pro Ariſtotelis uoluntate immutatur, partes multæ deſunt. Quare hæc, & ſimiles diuiſiones, ut ad rem accommodentur, falſæ ſunt.

Quod autem negas Ariſtotelem *ex generibus entium motus genera inueſtigare*: inſigne tuæ infantię inditium eſt:quia nec quid tuus Magiſter:nec quid ipſe loquaris,perpendas. Interpretes unanimi conſenſu fatentur:Ariſtotelem hoc ſibi propoſitum habere. Et tuipſe imprudens idem confiteris. Tua enim ſunt,de hac ſententia,uerba: *Motus pro ut eum Phyſicus conſiderat, in tot generibus ſit,neceſſe eſt:ſecundum quot,ipſum per ſe rebus ineſſe dicimus.* Quid hoc aliud eſt,quàm ſi diceres:motum pro rerum,quibus ineſt,generibus: earumq; diuiſione: ſuas accipere diuiſiones.

Tertia diuiſio ſimiliter logica eſt.Et cùm idem ſit hîc morbus: eadem conſulenda medendi ratio. Ac per legem καθ' ἀυτὰ in lo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

gicam remittenda eſt. Ex his adeò copioſè diſputatis, extruit Epitomicus, motus Dialecticũ genus, paſsionẽ. Cuius tamen nulla fuit in tribus diſtinctionibus facta mentio. Nihilominùs dixerat Epitomicus, genera entium hîc enumerari, quæ propoſito inſeruirent. Concluſio etiam capitis, ut logica eſt, ſic logicis, quibuſdam ornamentis, partim ueris, partim effictis, coloratur. Quæ conſultò prætereo: & ad motus definitionem rectà pergo.

IN CAPVT II. LIB. III.

Motus eſt actus rei exiſtentis in potentia, quatenus in potentia eſt. Hoc eſt: *Eſt perfectio non eius, quod perfectum eſt: ſed eius quod eſt imperfectum, perfici tamen poteſt, & ratione qua imperfectum eſt.*

Gratulor Epitomico, de inſigni in definitionibus aſsignãdis felicitate. Magiſtro ſuo hac in parte longè eſt felicior. Qui capitis huius teſtimonio triplici, in motus definitione obſcuritatem conqueritur. Et ferè, difficultate uictus, oneri tam graui, ſuccumbit. Epitomico felicius ſuccedunt omnia. Nam unica explicatione: eaq; ieiuna, expeditam adeò & planam motus definitionem fecit, ut etiam cæci eam manibus palpa-

palpare poſsint. Hunc igitur in obſcuris locis ducem, iuuenes naturalium rerum ſtudioſi, ſuſpicite & adorate. Nolite amplius timidi, in re tam clara, hærere. Sed potiùs Epitomico, palmam ſuperatæ obſcuritatis deferte. Sic gratitudine ueſtra, uirum in obſcurarum rerũ perueſtigatione laborantem, ad grauiora aggredienda incitabitis. Quid ſtatis cogitabundi & dubij? Sic res habet ut dico: Lieblero etiam de lõginquo uobis acclamanti credendum eſt. Incredulum enim diſcipulũ, ſuas διατριβὰς ne quidem à limine ſalutare patitur. Veruntamẽ fingamus aliquem diſcipulorum, diſcendi œſtro percitum: qui præfatus ueniam ſic præceptorẽ magna cum reuerentia & honoris ſignificatione compellet:

Colẽde præceptor, nos tui diſcipuli obſequentiſsimi, magno afficimur deſiderio intelligendi, quid ſub hoc perfectionis nomine lateat myſterij & ſecreti: quod nondum potuimus aſſequi. Veremur quidem à propoſita, tanta cum laude, explicatione te auocare: ſed res ita poſtulat: ſic profunda tua Philoſophia flagitat. Pudet nos adultiores annis (utinam ſic doctrina) factos, in corticibus ſemper hærere. Nuce, tua diligentia & opera fracta, nuclei iucundũ ſperamus fore ſaporem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Hac oratione à deambulando abductus Lieblerus, diſcipulos, & imprimis hunc audaciorem lumina retorquendo, corripiet: Stipites, inquiens, Trunci, Fungi, quouſq; ueſtra ſtupiditas mihi Philoſophanti cunctationẽ inijciet. Perſpicitis ne adhuc rem in medio ſole collocatam? *Nempe motum dictum* ἐντελέχειαν *& perfectionem eius quod imperfectum eſt.* Satis eſt: me ita loqui: Vos eſtote hac loquendi formula, & explicatione ſaturati ac cõtenti. Meditationes alias relinquite: & uſq; ad atomos de hiſce myſterijs perſcutari deſiſtite.

Sed perſeueret diſcipulus: dicens. Doctiſsime Magiſter, id non habui dubium: quod ſi motus erit perfectio: erit rei imperfectæ perfectio: Et quod imperfectum eſt, perficiendum eſſe. Intercipiet Epitomicus diſcipuli uerba ad primam quæſtionẽ redire uolentis: eumque ad ſedulitatem in auſcultando hortatus: poſtea ſic Philoſophabitur: Res exemplo omnium notiſsimo, uobis tardioribus eſt explicanda. *Aqua frigida* δύναμιν *habet ut caleſiat: & eadem ratione imperfecta eſt.* Hæc δύναμις *quãdo propria ſua* ἐντελέχεια *perficitur: & quod caleſieri poteſt reipſa iam caleſit: caleſactio id dicitur: Quæ motus eſt, &* ἐντελέχεια *imperfecta, inter duas perfectas:* Sic res intelligenda, dextrè eſt. Poſthac ne uerbum quidem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

dem de ea audire uolo. Diſcipulus prudens, prçceptoris ſtomachum, quem fecerat, ſentiens: pro ſua prudentia demulcere, & ad manſuetudinem reducere ſtudebit. Proh Iuppiter, clamabit. Nunquam poteram ego antehac rem tam claram, apertis oculis intueri: (condiſcipulo tamen in aurem ſuſurrabit: incertior longè ſum ac anteà) Quæſo commemorare tua gratia liceat: unde hoc mihi uſuuenerit: quod falſiſsimum pro uero ſemper imprudens elegerim.

Interpretum, imprimis uerò Simplicij & Philoponi placita ſunt, ἐντελέχειαν ſignificare perfectionem: illisque accommodari: quæ iam perfecta ſunt, propriamq́; naturam accepêre: ἐντελὲς enim illis idem eſt, quod perfectum ac abſolutum. Cùm igitur ἐντελέχεια perfectio dicatur: cuiuſque autem perfectio forma ſit, ad formam exprimendam uocabulum uſurpari autumat. Quam ſententiam tibi improbari: doctiſsima tua explicatio, ſcilicet, conteſtatur. Motus enim forma dici non poteſt: cùm fortus enim forma dici non poteſt: cùm fortma ſit, illud ipſum, quod per motum obtinemus. Illud potius tuæ ſententiæ eſt homogeneū. Quòd motus ſit ipſa formatio: & ab una forma ad aliam progreſsio. Quæ Phyſica docta quidem eſt, ſed intelligentibus &

bus & prudentioribus:aliâs periculoſa.Siquidẽ conceſſo : Motum eſſe formationẽ: Definitionis genus nõ erit actus,ſed commodius formatio,aut perfectio. Motusq; definietur,formatio potentia entis quatenus tale. Perfectio potentia entis, quatenus tale.Quæ definitiones, nõ minus ſunt periculoſæ quàm præcedens:Cùm formatio,aut perfectio,aut aliud ſimileſpecies erunt motus non genus. Ni uolueris,uoluptatis gratia, ut auditoribus & ſpectatoribus riſum concilies,Gigantis ueſte pumilionem induere.

Simplicio non placuit, hiſtrionem talẽ, aut ſemetipſum, alijs deridendum proponere. Quare noluit ἐντελέχειαν, ſed ἐνέργειαν legere.Et ex multis exemplaribus ſic legendum confirmauit. Quod hoc uocabulum ad ea,quæ poteſtate ſunt,aptiùs accommodetur.Diſputat etiam ἐντελέχειαν non tollere id, cuius eſt ἐντελέχεια, ſed potius perficere. Motus autem, cũ eius, quod poteſtate eſt, ἐντελέχεια ſit,ipſum tollit. Siquidem id quod poteſtate eſt deſtruit,& actum inducit.

Ex hac interpretum inter ſe diſſenſione: factum eſt,ut tibi non ſtatim ſine deliberatione,& cunctatione aſſenſum prębuerim. Sunt etiam quædam in tua ipſius explicatione obſcura (grauiore uocabulo, uti non liber,)

libet,)quæ me turbarunt. Nempe aquā fri-
gidam imperfectam iudicari:reſpectu cali-
ditatis. Ex eo tamen nullam accipit perfe-
ctionem,quod ſit calidiſsima.Imò innatam
frigiditatem amittit: eiq́; de ſua perfectio-
ne aliquid decedit.Sed tranſeant illa.Heus
tamen præceptor:quorſum euanuit paſsio
(perget diſcipulus) quam ad imperium,in
motus doctrina ſummũ,capite præceden-
ti euehebas?Depoſuit ne tam breui tempo
re magiſtratum,ſua ſponte:an aliquid com
meruit,quamobrem ab officio remouere-
tur?Nuſquam enim apparet. Ne hîc ubi ma
ximè opus eſt, aduerſus hoſtem eius infe-
ſtiſsimum, actionem: cuius imperio & ui,
nunc omnia geruntur. Ad hæc quæ à diſci-
pulo ſic commemorata ſunt: reſpondet E-
pitomicus nihil. Sed diſcipulorum totum
gregem hæſitãtem & ſuſpenſum dimittit.
Diſcipulus tamen ille, qui cum præcepto-
re hæc communicauit: ouans domum re-
dit,quod pręceptorem perculiſſet,& pupu
giſſet egregiè: Et quod in eius Phyſica do-
ctrina nihil Phyſicum reperiatur: niſi hoc
ſit Phyſicum: *Ego ſic puto,ſic uolo,&c.* Sed e-
gregium eſſe illic exemplum Horatiani
uerſus:

Parturiunt montes,naſcetur ridiculus mus.

Hactenus de definitione motus.

Sequun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Sequuntur, *termini motus ſeu habitus: quorum unus agens: alter patiens dicitur.* Atque hæc doctrina noua eſt, cum definitione non conueniens. Motus enim in definitione fuit actus rei potentia exiſtentis. In diuiſione eſt actus, habitus cuiuſdem. Seu eſt agentis in patiens transformatio. Vnde differentia omnis tollitur inter habitum agendi: & ipſam δύναμιν: nam uno, eodemque modo ſe ad motus naturam applicant: ſic inter habitum patientis, & formam introductam. Sed quorſum hæc referantur: ingenuè profiteor me ignorare: ſi tamen aliquid dicendum erat: crederem afflatum Epitomici hûc euaſiſſe: ut uerbis conturbaret, quod oratione non potuit explicare: nedũ probare. Pergat igitur: *Agentia ſeu mouentia quædam ſunt naturalia: quædam non. Patientia eodem modo non diſtinguuntur: quod paßio ſine materia conſiſtere nullo modo queat.* Attamen non negabit quiſquam animas, plurimas pati, in hoc mundo, affectiones: & qui dubitat, det operam, ne poſt mortem id experiatur. Ecquid uerò Epitomice, hæc ullo ordine, aut graui quadã, aut probabili ſaltem de cauſſa hoc loco ſunt cumulata? *Agentia ſunt duplicia: naturalia, & non naturalia. Agentia naturalia, ab ijs quæ mouent aliquid patiuntur. Quæ non naturaliter mouent: nihil patiuntur.* Profectò lex

κατὰ

κατὰ παντὸς nugas tam falſas & inutiles hîc non fert. Lex καθ' ὅλου πρῶτον hunc confuſum ordinem improbat. Nam de his quæſtionibus repetitio ſatis prolixa, & odioſa libro VIII eſt inſtituenda.

Ad finem capitis cùm Epitomicus uideatur ſibi motum ita definiuiſſe: eius diuiſionem in ſpecies ſubiectas inſtituit. Quod ego apprimè laudarem: ſi in ea legitima eſſet διχοτομία bonæ diuiſioni præſcripta. Si non ſæpiùs, ſub nomine, ſubſtantię, quantitatis, qualitatis &c. eſſet iterata: ſi ſuo loco poſita eſſet: ſi deinceps ordine explicata eſſent diuiſionis membra. Id tamen mihi nunquam probabitur: quod de dignitate, diuiſionis ſpecies concertant. Legitima diuiſio eſt, in qua de toto, ſiue diuiſo, æqualiter omnibus diuiſionis membris communicatur. Vbi partes unanimi conſenſu ad totius naturam conſtruendã conſpirant. Quod ubi non ſeruatur: uitioſè diſtributum eſſe Ariſtoteles ipſe iudicabit. Sed quia Lieblerus diuiſionem hanc, ut illegitimam non audet explicare, nec ego nodum in ſcirpo quęram. Satis eſt demonſtraſſe: motum uitioſè definitum: ἐντελέχειαν nimiam ſibi in tota Philoſophia arrogaſſe autoritatem. Quod profectò dolendum quoque eſt, Nam hęc fabula; immò ne quidem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

dem fabula, cùm nihil ueriſimile habeat, tantũ autoritatis: tanto tempore obtinuit, ut multi ea ſeducti:mallent in hoc inſcientiæ pabulo conſeneſcere, quàm ueram Phyſicam exquirere.

IN CAPVT III. LIB. III.

Continuatur capitis præcedentis, de motus terminis, agente & patiente, Phyſica. *Etſi enim motus, relatione duorum inter ſe habituum ſuboriatur: unus tamen & idem ſubiecto exiſtit. Quia relationum extrema licet non ſint eadem:una tamen aliqua ſpecie inter ſe deuinciuntur.* Doctrina obſcura eſt: Explicatio obſcurior:uſus obſcuriſsimns, id eſt, prorſus nullus. Motus unitatem explicaturus per ſubiectum id facit: quod motus ſubiecto unus ſit. Qui cùm accidens ſit ſubiecto inhærens, eo ut exiſtat, uehemẽter opus habens : non poteſt ipſe unus ſubiecto dici. Non enim ſubiectum eſt:ſed ſubiecti adiunctum. Similis aut obſcurior fortaſsis locutio eſt:quomodo motus ſpecie unus dicatur: Et quam unitatem ſpecialem ſeu ſpecificam, (neſcio quo nomine maximè utar) Epitomicus ſignificet, ne quidẽ coniectura aſſequor. Qui ſcire cupis, quid ſignificare uelit:aut eum adeas:aut Ariſtotelem, in uitam

tam

tam reuoces neceſſe eſt. Res aliquatenus poteſt intelligi:uerba ſunt obſcuritate implicata. Sententia autem, quantum diuinatione ualeo conſequi, hęc eſt: Quæ inter agens & patiens relatio eſt, motus dicitur: Isq; unus eſt & idem, quamuis diuerſos habeat terminos: proficiſcentem ab agente actionem nominat: Eidem quatenus in patiente recipitur, patientis appellatio attribuitur. Quæ cùm ita explicata ſint, reſpiciendum eſt diligenter, ut iubet Epitomicus, ad motus definitionem: quæ patienti præcipuè congruit.

Atq; hæc, capitis 3. Phyſica: à qua diſſentiunt tam antecedentia, quã ſequentia plurima. Motus dicitur præcipuè paſsio: Semper tamen definitur per actum. Actus autem magis actioni quam paſsioni conuenit. Sæpius etiam motus appellatur actio: paſsio nunquam. Motus ἐνέργεια dicitur: nunquam πάθος aut πάθησις.

Et quod ſuprà, præcedenti capite monui, paſsionis nomen in declaratione definitionis omninò euanuit.

Quid autem ad illud dicendum eſt: *quod actio & paſsio unus ſint ſpecie actus. Vnus inter ea ſubiecto motus intercedat?* Id ſi uerum eſt: actio & paſsio nunquam inter ſe differrent: ſed ſemper ſubiecto unum eſſent. Reſpondet

Epitomicus: *rem ſic habere: non in rei ueritate, ſed ratione.* Atqui uana eſt illa Chimęrica ſine re ſubiecta, imaginatio. Qui uelit rem ratione & mente conſiderare, ęam prius à re in qua uerè exiſtat, abſtractam conſiderabit. Ratio & imaginatio ſine fundamento in natura: ſtulta eſt: & ægrę mentis ſomnium.

Quam tamen rationem iactas Epitomice? Ratio docendi & diſcendi eadem non eſt, ſicut nec re ipſa unum. Longè enim aliter ſe res habet, in eo qui diſcit, quàm in docente. Nec ulla ratio eſſe poteſt: quin aliud ſit agere, aliud pati.

Quòd in hoc capite reliquum eſt: primò huius libri etiam diſputatum fuit: Sed quià Epitomico placuit id repetere: fiet. Quęro itaq; ex Epitomico: Liceat ne de præceptis logicis in Phyſica diſputare? De præceptis dico: uſum non iam cogito.

Licebit opinor, reſpondebit. *Nihil enim uetat: quin aliquid ſub communi quadam & populari ratione in logicis tractatum: ob accuratiorem tractationem, à peculiari quadam ſcientia tractetur. Hoc ſi denegetur, præter logicā nulla erit ſcientia: Cùm in logica, de eſſentijs, de quantitatibus: qualitatibus, Relatis, &c. quæ omnium propemodum artium & ſcientiarum ſubiecta ſunt, tractetur. Quod cum abſurdum ſit, conſiliū uidebitur, admittere logicas res poſſe iure in alias artes transferri.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

At magnifice & acutiſsime Logice, quis tibi hanc poteſtatem fecit artium præcepta confundendi, & circulum quadrandi? Túne es, qui petis Philoſophiam tibi ſine legibus, & limitibus conformatã, ſed propropria manu conſtructam, dari? Logica, in logicis tractanda, lex καθ' αὑτὸ mandat. Logica in Phyſicis etiam tractari poſſe Epitomicus illi legi, quæ tamen perſcripta eſt, interceſsit. Doctrina generalis generaliter tractanda: lex καθ' ὅλου πρῶτον eſt. Reſiſtit Epitomicus: non enim logica præcepta in logica ſolùm communiter ſunt tradenda: ſed etiam in Phyſica ſpecialiter & accuratè docebuntur: quia aliàs præter logicam nulla foret diſciplina.

Sed expendamus & æſtimemus, lector beneuole, quanta ſit uis in hoc Epitomici argumento: *Logica docet præcepta communia de Eſſentijs, Quantitate, Qualitate, Relatione, &c. ergo docet omnes artes: nullaq; præter illam neceſſaria eſt diſciplina. Aut etiam concedendum eſt, eius præcepta ſpecialiter in alijs artibus eſſe repetenda.*

Per Herculem, quid ſit ſophiſticè agere, ſi illud non eſt, neutiquam intelligo. Quod logica omnes artes ſub ſe compræhendat: quia in omnibus artibus ſuorum præceptorum uſum demonſtret. Præcepta logica eſſe generalia non credo te dubium ha-

bere: cùm, autore & teſte Ariſtotele, id ſit proclamatum. Vocat enim Dialecticam omnium artium artem: omnium organorũ organũ: omnium methodorũ methodum. Non quod in ea reliquæ artes omnes doceantur: ſed quod eius, in ſuis præceptis diſponendis, & conformandis, uſum ſupplices implorent. Sic etiam Dialectica docet, de Eſſentijs, Quantitate, &c. quomodo ſint explicandæ, doctrinam communẽ: quibus Phyſicus in ijs explicandis, aut Mathematicus utitur. Sed nec hominem, nec arborem, nec circulum, nec quadratum ſibi arrogat.

Sed tamen dabo, tuam argumentationem eſſe legitimã: modò eadem mihi conceſſa fuerit argumentandi licentia. Imitabor itaq; tuam argumentandi legem.

Grammatica docet generalia præcepta, ſecundũ leges auguſtas, de uocum explicatione, & connexione in artibus omnibus, neceſſaria. Quare Grammatica ſibi omnes artes uendicat. De Rhetorica ſimiliter. Rhetorica docet generalem modum, eloquendi & pronunciandi omnes res in uita humana neceſſarias. Ergo ſibi illas omnes uendicat: neque ulla fuerit abſq; illa diſciplina utilis aut neceſſaria. Et neſcio qđ ad ſimilẽ modum non inferatur. Quã itaq;

hæc

hęc ad imitationem Epitomici ſint ridiculè dicta: plus ſatis innotuit. Attamen quia mihi cum aduerſario controuerſia eſt: qui nihil niſi quod in cerebro Ariſtotelis natum ſit, approbat: cauſſa ad illum iudicem deferatur. Illius ualebit in hac controuerſia, ut in multis alijs iudicium.

Heus itaq; Ariſtoteles, legislator prudentiſsime, leges à te promulgatas arripiens, tribunal conſcende: quod ius & æquũ in hac eſt controuerſia, decerne.

Ad hanc uocem tanquam ad æneæ campanæ ſonitum, experrectus Ariſtoteles: & cauſſa ad amuſsim cognita: Nugatores, inquit, audiſtis ne de eadẽ cauſſa non eſſe bis ferendũ iudiciũ? Leges præſcripſi bonis artibus, ne temerè hûc illûc uagarentur. Ad eas ueſtra dirigite & adornate ſcripta. Hinc in ueſtra diſſenſione iudicium petite. Qui ad earum arbitrium ſuas inſtituit artes: ab omni culpa liber pronunciabitur. Qui ſecus fecerit, in antiquam ſyluam cum nugis ſuis proſcriptus, tranſgreſsionis pœnas daturus eſt. Sed ſi urgeatur Ariſtoteles ut iudiciũ repetat: aut clarius aliquid pronunciet: Non poteſt aliter pronunciare: Quam præcepta logica in logicis tractáda: Omnibus tamen artibus innumerabilia allatura commoda. Cómoda inquam non ipſa præ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

cepta. Exemplum Phyſicum eſto. Logica docet generalẽ cauſſarum, effectorum, adiunctorum, ſimilium, &c. doctrinam: cuius doctrinæ uſus magnus erit: in cauſsis, effectis, adiunctis, herbarum, metallorum, rerumq; naturalium omnium inueſtigandis. Si autem propterea quis dixerit, herbas, metalla in Dialectica doceri, falſum dixerit. Qui dixerit in Phyſica cauſſas, effecta, adiuncta doceri: itidem ſtultè dixerit. Hoc Ariſtotelis prudens, & euidens iudicium eſt: Quod, cum non potuit, aut non uoluit Epitomicus intelligere: ſentẽtiam, falſam & captioſam, neſcio quo colore inducere maluit: quã qualis eſſet apertè profiteri: ne nominis claritati: & ipſius apud diſcipulos autoritati aliquid decederet.

IN CAPVT IIII. LIB. III.

TOt egregijs ornamẽtis: generibus, diuiſionibus, definitionibus, interpretationibus, & quàm plurimis ſimilibus, tectus & ueſtitus, motus in publicum prodijt. Eius adhuc non ſatisfactum libidini eſt: ſed plura adiuncta à ſuo Phyſico poſtulat: Et æternitatis ac infinitatis laude nobilitari cupit.

Quàm auara eſt hæc rei inutilis cogita-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tio:quod tamen non admodum miror: Cũ iam multos annos hiſce fuerit donatus & celebratus:per Philoſophorũ fraudes, qui imperitorũ animis perſuaſerant, hoc quod in Moſe,& ſacris literis de creatione mundi contineatur: fabulam eſſe otioſi hominis,nulla mentis acie præditi. Ex monumentis contra Ariſtotelis, firmiſsimè ueritatem æterni mundi,interpretari,cõfirmari,demonſtrari. Cui Philoſophorum opinioni quantum honoris tribuat Epitomicus ipſo docente audiamus. Qui tamen rẽ adeò ſacram illotis non uult contrectare manibus:ſed quod Phyſico ſit,ſanè quã neceſſarium de eo,diligenter tanquã in quoſdam Silenos Alcibiadis perquirere, docendum ſibi prius,putauit.

Diſputatio igitur de infinito propria eſt Phyſici: non in alia quadam ſcientia tractanda. Nam uniuerſa Phyſici ſcientia circa ea uerſatur,quæ magnitudine prædita ſunt: motionibus obnoxia: temporibus definita. His autem finitio & infinitio per ſe ineſt: reliquis poſterius. Quare rectiſsimè de infinito ſibi diſputationem Phyſicus uendicat. Accedit ad hæc: antiquorum Philoſophorum conſenſus, qui plærique omnes diſputationem de infinito non eſſe negligendam putarunt. Quamuis eorum opiniones de infinito,ut plurimum fuerunt falſæ, & ab Ariſtotele prolixè refutatæ. Hoc eſt Proœmiũ in doctrina de infinito.

nito. Quod autem primò attuliſti Epitomice, finitum & infinitum poſſe de rebus naturalibus adferri: & circa eaſdem uerſari, accipio libenter. Non tamen hoc nomine in Phyſica tractatio & examen infiniti habebitur: Nam eodē argumento uteris, quo confirmaſti præcepta de cauſsis, effectis, adiunctis, hūc adducēda. E' logica comparationum: aut è Mathematica numerorum & magnitudinum ſunt hūc allata illegitimè. Mathematica autem ſicut & logica, in Phyſica ſunt heterogenea.

Secundum argumentum Rhetoricum, à choro Philoſophorum ductum, nihil concludit. Cùm ex ſententia Ariſtotelis, magna eorum pars falſas: maior contrarias, & pugnantes inuicem ſententias de infinito fouerint, & publicauerint. Quare lex κατὰ παντὸς infiniti doctrinam, ex errantium Phyſicorum multitudine, Phyſicæ non adiudicabit. Immò potiùs, à Phyſica eam propter errores, quos concitauerat, eliminabit. Atque Proœmium infiniti à primo huius libri capite, repetitum ita fuit ad ornatum: ex quo tanquam ex ungue leonem ſequentia æſtimare licet. Quantum ad reliquum capitis attinet: Grammatica aut Dialectica, nominis eſt notatio: *Quod infiniti uocabulū à ueteribus quintuplici acceptione ſit uſurpatum.*

At ſo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

At ſophiſticè talis nominum interpretatio in Phyſica eſt, cùm nulla res Phyſica adſit: nullum exemplum Phyſicum, quo illa ſignificata explicentur. De quinque ſignificationibus ultima tantùm retinetur, cæteris reiectis: cùm falſæ & erroneæ ſint. Idem lex κατὰ παντὸς dixiſſet: falſa non eſſe in artibus tradenda. Artium enim, uirtutumq; doctrina, in ueris ſita eſt: quæ cũ cognita habuerimus: uitia nobis non admodum graues moleſtias, & turbas dabunt. Si itaq; unico uocabulo de infinito potentia, te declamaturũ ſignificaſſes, non ampliùs laboraſſes.

IN CAPVT V. LIB. III.

NOuum de infinito Procemium eſt: Quod hoc capite infiniti doctrina ſit tractanda, ſed cautione adhibita, ne quis de infinito in genere, ſermonem fieri falsò arbitretur. Solum enim infinitum actu tollitur. Illud quod potentia exiſtit, in natura neceſſariò manet. Tollitur autem infinitum actu à natura: *Quia omne corpus finitur planitie extrema ipſum circumdante. Omnis numerus numerari poteſt. Nullum infinitum extat, aut magnitudine, aut numero infinitum.*

Rectè hæc dicuntur, & logica hæc argu-

menta concedo lubens. Perge.

Si corpus aliquod ſit infinitum, illud erit aut ſimplex, aut compoſitum.

Sed neque ſimplex corpus, neque compoſitum poteſt eſſe infinitum. Quare nullum corpus eſt infinitũ.

Aſſumptionis probationem breuitatis cauſſa omitto: cui cum toto ſyllogiſmo aſſenſum præbeo: Nullum in natura rerum, & in Phyſica actu infinitum ſubſiſtere. Nihilominùs cupio audire: quorſùm hæc faciant: aut quamobrem tam acriter & ſubtiliter diſputentur. Opiniones ueterum Philoſophorum ſe argumentis inceſſurum recepit Epitomicus: ſed qui ſint illi ueteres, non auſus erat nominare: neq; ego id poteram facere: cùm aliquem fuiſſe ueterum, qui hanc de infinito actu abſurditatem amplexus ſit, nondũ ex eorum ſcriptis ſit confirmatum. Fingit itaq; ſibi Epitomicus theſin de induſtria: quod Phyſicæ res nullæ offerebantur, in quibus ingenium exercere poterat. Fabuloſæ inſcientiæ ludus agitur. Et quod nulli unquam Philoſopho aut per ſomnium, aut per febrim in mentem uenit: hoc à noſtro Phyſico refellitur: cui in hac diſputatione acquieſcendum eſt: infinitum actu in Phyſica nullum eſſe: Nullum numerum: nullam magnitudinem Phyſicam infinitam.

IN CAPVT VI. LIB. III.

SVcclamatum tuæ erat ſententiæ, Epitomice: actu infinitum nullum exiſtere. Rem concluſam, & confectam putabam. Secus eſt. Iudicium enim ſuſpenditur, & cauſa ampliatur. Quia uidetur tibi adhuc aliud exiſtere infinitum: *Secus, Tempus fine aliquo, & termino deſiturum eſſe, ſtatuendum foret: generationes rerum non eſſe infinitas: magnitudines in alias magnitudines non poſſe infinitè diuidi: numerum in infinitum non coaceruari.*

Priora duo incommoda (nam de magnitudine, & numero poſtea uidebimus) quæ ex infiniti deſtructione conſequentur, cur obijcis: cùm, te iudice, ſint contra ſacras literas, blaſphemiæ? An'ne maiori tibi curæ eſt Ariſtotelis amicitia, & gratia: quam Dei omnipotentis autoritas? periculum autem eſt, ſi ademptũ fuerit Ariſtoteli hoc temporis & generationis infinitum: ne omnis uia ad motus, mundi, principiorum, &c. æternitatem obtinendam, præcluſa fuerit. Conſtat.n. hæc ab Ariſtotele allata: ad Platonem, propter creationem mundi refellendum: quem infinitum, & æternum ex hac æternitatis & infiniti doctrina, Ariſtoteles eſt machinatus. Sed laus ſuperis; in noſtris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ſtris animis nullos reliquit aculeos.

Subterfugium ſibi quæret Epitomicus & non inueniet: seriò hęc ab Ariſtotele dici: à ſe neutiquam: cum tam peruerſo non ſit iudicio: ut errorē tam grauem comprobet: Diſputationis tantum gratia hæc dici & agi. Eſto. Interroga tamen aliquem non ſcholaſticum, id eſt, liberi iudicij uirum: & non mancipati ingenij ſeruum: cōcedat ne falſa, diſputationis, gloriæq́; uanæ gratia, iuuenibus perſuaderi: ac ſi eſſent è naturæ faucibus non ſine uitæ diſcrimine erepta myſteria. Sat ſcio, reſpondebit: In Phyſica res Phyſicas ſenſiles eſſe docendas: Nugas apertè ſacris literis damnatas & legibus κατὰ παντὸς & καθ' αὑτὸ, non eſſe ſub ullo tectorio in Phyſicam aduocandas.

Veruntamen quia eò peruenit Epitomicus, ut pro rationibus, uoluntatem ſuam ſufficere arbitretur: audiatur eius, de infinito, iſthæc peroratio:

Infinitum, ait, *Aut eſt actu Infinitum: aut potentia. Actu infinitum eſt deſtructum: quare infinitum quod rebus ineſt, erit potentia.* Verùm hîc quoq; cautio erit: ne uocabulum potentię, ut priùs, accipiatur. *Id enim quod potentia exſtitit in priori ſententia & diuiſione: in actum produci poterat. Potentia de qua iam dicimus, nunquam in actum reducitur.* O' Philoſophiam & Philoſophos incon-

inconſtantes. Hoc fundamento extructa ſunt principia. Hoc fundamento fulcitur motus. Super eodem infinitum ędificatur: ſed non eodem modo acceptum & uſurpatum. Etenim in prioribus ædificijs ex facultate fit actus: Hîc neutiquam, ſed facilius ex actu potentia. Non poſſum non gratulari noſtro Phyſico tantam poteſtatem: Verba, definitiones, diuiſiones, tam multifariam, nunc in hanc, nunc in illam partem mutandi & contorquendi. Audax fuit hîc Epitomicus, qui Ariſtotelis locũ cap. VII. huius libri, non admodum acuratè legit: aut lectum non magnifecit. Locus autem huic contrarius ſic habet. ὅσον γὰρ ἐνδέχεται δυνάμει εἶν: καὶ ἐνεργείᾳ ἐνδέχεται τοσοῦτον εἶν. Quantum quid poteſtate, tãtum actu eſſe poteſt. Memini etiam uulgò circumferri dictũ quoddam Ariſtotelis, ex hoc fortaſsis eodem loco deſumptum & extructum: Nihil eſſe in potentia, quod non reducatur ad actum.

Simplicius hoc loco ualdè turbatus eſt. Quomodo, inquit, quantum poteſtate tantum actu eſſe poteſt: cùm numero quidem adiectio poteſt fieri infinitè: Actu tamen infinitus numerus eſſe non queat? Magnitudo, etſi infinita actu nõ detur: tamen infinitè diuidi poteſt potentia. Simplicius grauiter ſe torquet: ſed fruſtrà.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Atq; hæc omnia præcedentibus ſunt ſimilia, falſa, & ſibi inuicem contradicentia: Omniaq́; conueniunt in unũ falſitatis corpus affabrè conformandum.

Sed progreditur Epitomicus in declamatione: & docet Infinitum non eſſe aliquid per ſe ſubſiſtens, ſed perpetuò inhærere. Locus Ariſtotelis contrarius eſt, ſtatim de principio capitis v. huius libri. Negatur enim infinitum eſſe accidẽs. Sed negligantur illa: ſit accidens. Cui tamen ſubiecto inhæret?

Inhæret (inquit) *magnitudini, generationi rerũ, & tempori. In quibus tamen inhæret diuiſione ac partibus. Nam diuidendo & ſumendo unam partem poſt aliam ad finem nunquam peruenitur. Quæ tamen diuiſio debet fieri in partes eiuſdem proportionis: non eiuſdem quantitatis: alioquin ad finem peruenies, abſoluta diuiſione. Eſt & aliud infinitum in numero: ſed ex hoc diuiſionis infinito reſultat & naſcitur: illiq́; etiam oppoſitum eſt, & ab altera parte reſpondet. Quemadmodũ enim in diuiſione continuæ quantitatis ad finem nullum peruenire licet: Ita compoſitione quantitatis diſcretæ, & additione unitatũ, finis nullus occurrit.*

Non diſputabo an hîc loquaris de infinito Phyſico, aut Mathematico: quæſtio illa poſtea diſceptabitur. Sed hoc inſpiciam: utrum uerum ſit; Phyſicum infinitum po-

tentia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tentia exiſtere: in magnitudine, generatione, tempore? Quàm res ſit uana de tempore, & generatione nihil attinet dicere. Tutemet pronunciaſti de ijs ex ſacris literis.

Magnitudinē ſequentia impugnabunt: quod infinita non ſit.

Ariſtoteles, ait, huius libri cap. 4. Omne quod genitum eſt, habet finem. At magnitudo omnis genita eſt: & illa ſimiliter, quæ in magnitudine hærent. Quare nulla magnitudo erit infinita: ſed omnis habebit finem.

Res ſenſilis eſt infinitè diuidua, minimumq; habet aliquid, & indiuiduum: niſi cogitationis auxilium inuocetur. Quælibet autem magnitudo eſt res ſenſilis, nullaque in rebus eſt intelligibilis magnitudo. Quare magnitudo Phyſica omnis eſt finitè diuidua, minimumq; habet aliquid, & indiuidunm.

Cap. 3. lib. 8. docet Ariſtoteles magnitudinis extremnm eſſe aliquid: quo longius iri non poſsit. Quod ſi eſt: Nulla magnitudo infinita cenſeri debet: ſed ad eius finem ut perueniatur, ſpes eſt.

Capite huius libri v. inquit Ariſtoteles: Omninò corpus ſenſile infinitum eſſe non poſſe. Et paulò pòſt eodem capite: Si infinitæ erunt magnitudinis partes: loca par-

tium

tium erunt infinita. Sed loca infinita eſſe non poſſunt: per Ariſtotelē capite ſequenti de locorum differentijs. Neque igitur magnitudinis partes erunt infinitæ.

Capite huius libri VII monet, quod ſenſilis magnitudo nulla ſit infinita.

Hunc Ariſtotelem κατὰ παντὸς docentem, nullum corpus ſenſile infinitum eſſe, opponimus, illi Ariſtoteli, cuius diligentiam noſter Epitomicus eſt æmulatus. Nihilominùs rogandus eſt: ut exponat, quomodo res ſe habeat: in infinita hac magnitudinis diuiſione. Natura eam moliri non poteſt: cùm nullum uſum habeat. Artis opus: artificis uita: hiſce diuiſionibus infinitis faciendis, non ſufficiunt.

Simplicius quidem ad naturam confugit: quam tamen inutilia diuidere & agere non affirmare audet: ſed ad uſum diuiſiones facere: Tum ſi ulterius diuidat: ea ipſa componere: & rurſus diuidere, nō ea parte, qua fuerunt compoſita, ſed alibi.

Egregium ſomnium: quod tamen ab Ariſtotele noſtro & natura ipſa, tanquam ridiculū aut uix riſu dignum, deridetur. Simili fundamento nititur Infinitas in numeris: In quibus minimus dabitur per Epitomicum: non autem maximus. At in numeris Phyſicis etiam dabitur maximus: ut

arbo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

arborum,pecudum,hominnm,&c. Alioquin innumerabilibus Democriti mundis, eſſet opus, ad numerum arborum,pecudum,hominum,&c.comprehændendū. Agè uerò Epitomice: Infinitas in numeris quomodo Phyſica dicenda erit? In numeris'ne per ſe, aut in numeris beneficio corporis, cui adhæret? Soli numeri & per ſe conſiderati: non ſunt ſenſiles aut Phyſici: nec tangi, aut uideri poſſunt. Numeri in magnitudinibus,aut corporibus,non ſunt infiniti: ſed cum corporibus hæc decernitur ijs infinitas: non corporibus propter numeros. Quare in nullo numero eſt infinitum Phyſicum & ſenſile, de quo ſe diſputaturum, duplici teſtimonio Ariſtoteles recepit.

Hæc animo ſedulò reuoluēs Ramus Ariſtotelis inconſtantiam meritò redarguit: quod promiſsi immemor de problemate Phyſico in Mathematicum infinitum delapſus ſit. Inficiatur id fieri Lieblerus: ſed Ariſtotelem malè intellectum à Ramo, innocentem uellicari: Suorum tamen uerborum firmamentum nullum adfert. Ramus reipſa & Ariſtotelis apertis teſtimonijs,quod obiecit Ariſtoteli, corroborat.

Sunt autem rationes, & argumenta Rami: Quod neque numerus, neque magni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tudo ullam admittant, niſi cogitatione diuiſionem, aut additionem. Si enim magnitudinem reuerà in corpore diuiſeris: non magnitudinem uideris diuidere: ſed corpus ipſum, & unà cum eo magnitudinem. Vt infinitum Phyſicum ſit primò & per ſe in corpore naturali: poſtea ſi lubet in magnitudine: & eadem licentia in qualitate quacunq; corporis: quæ unà cum corpore diuiſa eſt, non ſecus ac magnitudo. Numerorum ſimilis eſt ratio: quemadmodũ prius dixi: Si enim in infinitum adaugeatur numerus Phyſicus: nõ ratione numeri ſed corporis, cui numerus inhæret, id fieri experimur.

Quinimò Epitomicus & eius Magiſter, paſsim docet, Infinitum concretũ eſſe non poſſe: & unà cum accidente ſubiectum ſignificare.

Agè uerò Epitomice, quãdo tu haſce partes pro infinito Phyſico ſuſcepiſti: petimus adduci exemplum: quo fidem nobis feceris: Eſſe, fuiſſe, aut futurum eſſe aliquid in rerum natura ſenſile, quod in partes Infinitas ſenſiles diſtributum ſit, aut diſtribui poterit. Hoc facto, quam habeat illa diſtributio in Medicina & Phyſica utilitaté, & qui fiat, quod Medica ars, abſque hoc infinito ſubſiſtere non poſsit, etiam audire deſideramus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ramus. Non temerè tuum imploro auxili-
um,ſed grauib. cauſsis incitatus:quòd præ
ingenij tarditate,non poſſum ad tam arca-
na & in ipſo naturæ ſinu incluſa myſteria,
táquam ad Silenos Alcibiadis,intromitti.

Noli iam laboris grauitatem hîc ueteri:
ſed intrepidè & forti animo rem inmanus
ſume &aggredere.Quod ſi recuſaueris:me
dico te aſsimulabimus, qui inaudita quæ-
dam herbarum genera, ſomniando nobis
conceperit: quæ, quo terræ loco, ſub qua
cœli regione naſcantur,neſciat: quos uſus,
quas commoditates habeant,ignoret.Imò
quales gigni nulla ratione poſsint: attamẽ
llas nobis uenditare, & uelut ſingularia
quædam medicinæ myſteria commemo-
ate ac prædicare audeat. Huic, ut dixi,tu
conferendus es medico: niſi docueris, in
quibus medicorum:in quibus Phyſicarum
erũ ſyluis:ſteriles illæ,Infiniti,auenæ pro-
ducantur,creſcant:& ad quos humanæ ui-
æ uſus accommodentur.

Recurre ſi placet,ad illud: *magnitudinẽ Phy
icam ſemper diuiduam,non quidem nobis, ſed natu-
æ*:Nam de eo,ego certo,ut in diuiſione re-
periatur finis:niſi uoluerimus cogitationẽ
n auxilium uocare. Quòd cùm fuerit fa-
ctum,non erit illud infinitũ Phyſicum,ſen-
ile:ſed imaginariũ, & phantaſticum. Ari-

ſtotelis hîc incuſanda negligentia, aut inſcitia eſt: Qui cum pollicitus ſit ſe dicturũ, de magnitudine Infinita, ſenſili: non addidit, ſenſilem magnitudinem diuiduam infinitè eſſe: non nobis ſed naturæ. Natura autem cum ſenſuum neceſsitate nō laboret: nihil obſtat, quin liberè ſentiamus, omnes res infinitè diuiduas eſſe, ſiue fuerint ſenſiles, ſiue imaginariæ. Sed pergit Epitomicus in corrigẽdo Ramum: eiusq́; errorem grauem & hominis indoctiſsimi animaduertit, ſcilicet: Quod magnitudinẽ phantaſticam, adumbratam, ſine omni fundamento & cauſa præexiſtente, pro magnitudine Mathematica haberet. Hem calumnia quotquot audiui omnium fœdiſsima. Qua enim perfrictæ frontis temeritate id Ramo ſtultitiæ aſſcribere auſus fueris: nō poſſum facilè exiſtimare? Niſi id eſt, quod ſuſpicor: ut qui uerecundiæ fines tranſgreſſus fuerit: eum gnauiter impudentem eſſe oporteat. Si quid habes ex Rami ſcriptis, quod tecum ſtet, adducendum eſt. Sat ſcio eum, ab huius confictæ calumniæ crimine, alienum eſſe: qui poſt hominum memoriam acerrimus huius ſententiæ fuit impugnator. Quare etiam, ſicut ob aliarum rerum cognitionem, ita & propter Matheſeos eximiam peritiam doctis

in-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ingenijs gratiſsimus fuit: & maximis lau-
dis titulis nobilitatus. Vtinam: Vtinã prin-
cipes, quod in hac diſciplina, ſicut in alijs
omnibus, Ramus in uotis habuit, perfeciſ-
ſent. Diſciplina Mathematica tot falſarum
& uariarum hypotheſium figmentis: ſine
omni fundamento in natura, excogitatis,
non ſe occultaret. Quoties credis Ramum
libellos ſupplices ad principes uiros ſcri-
pſiſſe, ut eos, ad colendos impenſius uiros
Mathematicos: ut ad Mathematica ſtudia
prouehenda, prouocaret, concitaret, cõmo-
ueret. Et quemadmodũ principes cõmoue
re laborauit: ſic abſq; fuco & ſimulatione:
Mathematũ profeſſorib. ſuggeſsit, hoc aſ-
ſiduè uoluendum ſaxum: hûc referendos,
omnes labores, ſudores, uigilias: ut ex ue-
ris hypotheſib. Matheſis extrueretur. Mo-
uit multos: promouit nihil. Studium eius
tamen digna laude non eſt fraudandũ. Ni-
hil eſt apertius & magis in Rami ſcriptis
clarum. Nolo locos harum admonitionũ
copioſè & curioſè ex ſcholis Mathemati-
cis hûc euocare. Vel caput hoc præſens, in
quo Rami errores (ſi dijs ita uidetur) per-
ſpexit Epitomicus: eius confutabit conſu-
tas calumnias. Aperi igitur oculos: & poſt-
quam rem melius inſpexeris, memento i-
ſta uiris parcius obijcienda.

Reliquum nihil eſt: niſi ut conſideretur Liebleri tectorium, quo Ariſtotelica hæc ſomnia de Infinito, tanquam ſacris literis non inimica, tegat. Eius uis & cónexio eſt. *Nos libro* VIII.*cauſſas erroris Ariſtotelici, de æternitate motus, temporis, &c. indicauimus. Et libro* VI.*oſtendimus ſine hoc infinito, Phyſicam, & artem Medicam non poſſe ſubſiſtere. Quare contra ſacras literas infiniti doctrina non eſt.*

Acuta & facilis argumenta ſoluendi ratio. *Ego explico, ego oſtendo*. Et illud αὐτὸς ἔφα. At ego quæro explicationem & oſtenſionem in illis libris quam, mihi ſatisfacientem, non offendo. Quid quod, Lieblerum confeſſum, hæc eſſe pijs mentibus uana & falſa, cùm hoc Epitomico, qui illa defendit, committo. Tranſigant inter ſe, Lieblerus & Epitomicus.

Plura de hoc infinito non attinet dicere. Sed coronidis uice addam, quid tandem poſt hæc examina à noſtris Philoſophis cócludatur. Ab Epitomico concluditur: Infinitum hoc ſenſile concedendum eſſe: non nobis ſed naturæ. Sit igitur natura in huius infiniti doctrina ſolicita. Nobis quibus denegata & ablata eſt illa infinita diuiſio, ab hiſce laboribus abſtinendi poteſtas facta eſt.

Ariſtotelis concluſio eſt tempus, motus, intel-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

intelligentia infinita ſunt.

Rami cautio ultima eſt, de infinito: ut finita illa perpetuæ diuiſionis potentia, à Phyſica abeat: atque in meris inſomnijs habeatur: ſed fraudulentis tamen & grauium ac peſtiferorum errorum principijs. Geometrica & Mathematica magnitudo ſola mente concepta infinita dicitur: idque diſciplinæ cauſſa, ut Ariſtoteles ipſe loquitur. Non enim aliter infinita illic linea, quā quantum eius ſatis ſit, poſtulatur. Atque hoc modo infinitum in Mathematicis erat explicandum: non comminiſcendum Phyſicæ infinitatis ænigma prodigioſum.

Mihi ex hoc περιττωμάτων cumulo duæ tamen gemmæ colligendæ offerebantur. I. Quod infinitum ſenſile nihil eſſe, argumentis firmis credere cōpellar. II. Quod è tanti erroris & tam impij principio, æternitas mundi, motus, generationis, nulla metuenda impoſterum ſit. Quamobrem ſatis notum eſt, qualis ſit, de motu & infinito, in Phyſica fabula. Leges bonarum artium in honore habeamus: quarum auxilio dolus patefactus eſt. Nugas cum Deo æterno, & ueritate, inimicitias exercentes lex κατὰ παντὸς exſtirpauit. Logicam de motu & infinito, à doctrina de rebus naturalibus alienam, infamia mulctatam, lex καθ' αὑτὸ eic-

τὸ eiecit. Lex καθ' ὅλου πρώτων ordinis confuſionē odioſam: ut eſt delicato ſtomacho, concoquere non potuit. Quæ conuenientia, uera, & ſuo quæq; loco commodè ponebantur: unanimi omnes conſenſu, approbabāt, laudabant, & Phyſica ciuitate donabant. Sed ea, proh dolor, ſunt paucisſima.

SCHOLARVM PHYSICARVM LIBER IIII.

IN PRÆFATIONEM LIBRI IIII.

QVARTVS liber aliquid habebit logicum, ut ex præfatione accipio: de loco, entibus omnibus & non entibus, ſubiecto: deq; adiuncto tempore. Quod animaduertens Epitomicus à lege καθ' αὑτὸ reprehendi: aggreditur obtinere: propriū eſſe Phyſices non logicę de hoc adiuncto & ſubiecto docere. Vidit enim, *ſine loco nullā rem naturalem motionis capacē eſſe: ſine motu uerò tempus intelligi nō poſſe.* At inquā, Domus eſt in loco: Non ideò Architecturę erit de loco diſſerere. Elenchus Epitomico ualde familiaris: Quicquid in rebus naturæ ſcitu dignum eſt: eius doctrinam protinus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tinus Phyſicæ eſſe propriam. Sed tamen audiamus hunc logico phyſicum de loco, tẽpore, inani, diſſerentem.

IN CAPVT I. LIB. IIII.

HOc capite primo probat locum eſſe aliquid: *Quicquid enim eſt: in loco eſt. Si igitur rebus competat eſſe in loco: neceſſe eſt locum aliquid eſſe. Deinde, quod præſtãtiſsimus et perfectiſsimus rerũ naturalium motus, quo corpora huc illuc cientur, ſine loco nullus eſſe queat. Nec tamen cogitandum locum in re naturali inhærere, ſed accidens quoddam externum. Mutatis enim corporibus, ab ipſis diuerſum quiddam exiſtit.*

In hac autem quæſtione an ſit locus, poterat reponi Epitomico, quod dixit, cæcũ de coloribus iudicare: ſi interrogetur an ſit natura: ſed parco tempori: & locum eſſe cum eo lubens admitto. Quomodo autem ſe loci natura habeat: Et ſit ne accidens rebus inhærens, aut aliud quidpiam, cùm ad loci definitionem uentum fuerit, inueſtigabimus.

IN CAPVT II. LIB. IIII.

PErgit Rhetor in Procœmio cauſſæ de loco: diuiſionemque præmittendam ducit: antequam ad definitionem ac-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ceſsio fiat. Quæ diuiſio omnibus rebus accommodari ſolet: *per ſe & per accidens.* Sed contra legem καθ' ὅλου πρώτου ſpecialiter repetitur, quod omnibus rebus commune eſt. Inordinatè etiam diuiſio definitionẽ præcedit. Falſam autem ad præſens inſtitutum diuiſionem lex κατὰ παντὸς ſenſit. Nam locus communis non magis per accidens corpora continet, quã propius. Apparet etiam illum per ſe magis corpora complecti, quã proprium. Tanta enim in eo inſtabilitas, & mutabilitas non ineſt: ac in proprio loco. Nam cœlum, quod rerũ plurimarum locus cõmunis eſt, nõ toties in rebus cõplectendis uariatur: quã illa aëris interior ſuperficies corporis extremitates ambiens. Veruntamen quia nihil incommodi timetur: dabimus locorum alium unius rei proprium: alium communem rebus plurimis.

IN CAPVT IIII. LIB. IIII.

Silentio, tertij capitis nugas, prętereundas, clàm monet Epitomicus. Diſplicuit enim Ariſtotelis uerboſa prolixitas: & Arithmetica, modorum eſſendi in aliquo, enumeratio. Cuius doctrinæ uanitas, ficta quadam ſubtilitate, quàm utilitate communi, & Phyſica, magis luxuriabat.

Ri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Ridet etiã conſtricto ore Zenoniam quæſtionem: Vtrum aliquid ſit in ſeipſo? utrum aliquid ſit in loco?

Macte prudentia uir, contende tuam epitomen puram, in poſterum ab hiſce nugis conſeruare. De qua tua conſtantia ab euentu ſum iudicium facturus. Si conſtanter in nugis exſcindendis permanſeris: laudibus ad cœlum es tollendus. Si conſilium tam prudens contempſeris: & tanquam canis ad uomitum redieris: in eandem erroris, qua antehac laborabas, inuidiam prolaberis. Profer igitur de loco, quid tibi in animo reſideat. Faciam, inquies.

Diuiſio antedicta utilis eſt ad intelligendas proprietates quaſdam loci, ex quibus definitionem intelligere poſtea erit facilè. Audio magnæ molis eſſe loci definitionem conſtruere. Sciri oportet: locum non eſſe corpus, ſed accidẽs externum. Locum eſſe duplicem, proprium, & commune: per ſe, & per accidens. Neceſſariæ etiam ſunt præterea, loci proprietates.

Quarum I *eſt. Locum proprium immediatè, ac ſecundum ſe, nec cuiuſdam alterius rei cauſſa rem continere locatam.*

Sed cur hoc poſtulas tibi dari: quod ſiue detur, ſiue adimatur, non ſollicitè curamus. Satis eſt ſcire res omnes locis conti-

neri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

neri, ſiue per ſe, ſiue per aliud nihil refert.

Id tamen uerißimum eſt, nullam rem naturalem ſine rei alicuius, & uſus cauſſa exiſtere, aut in loco contineri: contrà quàm falsò putâras.

II *Proprietas. Locus non eſt pars rei: quemadmodum materia, & forma. Locum enim res locatæ deſerunt: materia & forma ſua, nulla carere poteſt res naturalis.*

Hæc ἀντιμετάστασις rectè materiam, & formam à loci natura remouet: Quæ Ariſtoteli grata eſt: Ramo non ingrata. Grata, inquam, ſuo loco, ſed hoc tamen loco odioſa. Poſtulauit anteà Epitomicus, ut locus eſſet accidens externum rei naturalis, non inhærens: Idq́; ut ſibi uiſus eſt, obtinuit. Fruſtrà itaq; ſolicitus eſt, numquid locus ſit rei ſubſtãtia. Nec etiam fuerat quiſquam, qui locum rem conſtituere hactenus auſus eſt profiteri.

III. *Proprietas eſt: Quod locus re locata, nec ſit maior, nec minor: ſed æqualis.* Vera narrantur in hac proprietate: ut turpe ſit ei reſiſtere.

IIII. *Proprietas. Locus eſt immobilis.* Omniũ optimè dicis Epitomice: meritò igitur te amo. Pro Platonis ſpatio nihil poterat rectius dici: & cõtra Ariſtotelis ſuperficiem. Probabiturq́ue poſtea ex hac proprietate: Locum eſſe rem logicam, ſola mentis conſigna-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ſignatione, conſtantem. Atq; ex omnibus hiſce intelligimus, quid non ſit locus. Sequens capitis pars non docebit, quid ſit locus. Lapſus ſum calamo: uolebam dicere: docebit quid ſit locus. Sequitur itaq; loci definitio cum explicatione.

Locus eſt ſuperficies corporis continentis, immobilis primò.

Dicitur autem ſuperficies: & quidem cõcaua, ſeu corporis continentis. Quia ipſum corpus dici locus non poteſt, ne locum re locata maiorem aſſerendum nobis ſit. Superficies enim quæ primò continet, æqualis eſt contenti corporis extremæ ſuperficiei.

At profectò lector, candide, præter inania quædam uerba, inani tautologia repetita, hîc auſculto nihil. Rationes nullę ſunt, quib. ad acquieſcendum, quod locus ſit ſuperficies, pertrahor. Veruntamen quod Epitomicus arbitratus eſt hoc genus ſatis congruum eſſe: de eius uitijs pauca, dicentem attende.

Si locus eſt ſuperficies corporis continentis: mutato corpore continente: ut aër in aquam. aqua in aërem commutari poteſt, mutatur etiam locus. Sicq; proprietas de loci immobilitate deſtruitur. Cõſequentiam probat Ariſtoteles, capite huius libri 3. Vbi materiam & formam à loci natura remouens, inquit: Quinetiã aqua ex aëre ge-

re genita:perit locus: Quod in eodem loco,corpus quod genitum eſt,non ſit. Si igitur hæc ſuperficies, perijt: Locus, qui immutabilis eſt,non poteſt cẽſeri. Sed tranſeant illa.

Capite I.huius eiuſdem libri:locũ à corpore diſtinguens Ariſtoteles, nutat ánne corpus ſit:cùm, ueluti corpus, tres habeat dimenſiones,longitudinem, latitudinem, altitudinem. Has tres dimenſiones, qbus rectè affirmante Ariſtotele, locus omnis conſtat,cùm in tua ſuperficie ineſſe probaueris, credam ſuperficiem eſſe uerum loci genus.

Poſtremò locum appellare terminum comprahendentis corporis, perindè eſt, (ut Simplicius loquitur)atque pallium hominis locum dicere: quod Poëticis metaphoris uix permittitur. Res enim locata, terminat ſibi locum, non terminatur à loco:Locusque eſt menſura ſitus eorum,quę locantur:quemadmodum tempus menſura motus eorum quę mouentur. Agè iam Epitomice,hoc eſt præclarum illud loci genus, pro quo inueniendo, tot diuiſiones, proprietates,definitiones erant cumulatę.

Sequitur deinde in explicatione: *Locum eſſe ſuperficiem, & corporis cõtinentis ſuperficiem, ne locum re locata maiorem eſſe aſſerere cogamur.*

Atque

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Atque illud priùs dictum fuit: Repetitio eſt odioſa. Non enim neceſſe eſt, locum maiorẽ eſſe re locata, ſi ſit cõuexa ſuperficies: ut hanc, ratio neceſsitatis, tautologiam defendere non poſsit. Sed quid tum poſtea? Iteratur tautologia de immobilitate loci: quam immobilitatem uoluntaria quadam permiſsione impetrauit Epitomicus. Nihil poteſt diſputatori magis gratum contingere, quàm aduerſarium, cum quo certet, ſecum ſentientem habere.

Cautione tamen opus eſt: ut hæc non aliter accipiantur: ac dicantur. Locum tribus conſtitutum dimenſionibus: locũ, qui eſt rerum interuallum, & ſpatium: locum, quo Geometræ in rerum dimenſionibus utuntur, immobilem concedimus, probamus, demonſtramus. Superficiem, cùm re locata, nunc moueri, nunc perire: ueritate ipſa uerius eſt: quã ueritatem ſubtiles ſcholaſticorum diſtinctiones, nunquam diſsipabunt: ſub quibus tanquam ſub Aiacis clypeo tutum eſſe locum ſuum perſuaſum habet Epitomicus.

Diſtinctio autem ad quam accurrit Epitomicus eſt: *Quod locus non primò ſit mobilis, ſed ſecundariò: nõ per ſe, ſed per accidens.* Ha, Ha, Hę, quaſi aliquis dixerit locum, qui per ſe non eſt ſine ſubiecto: per ſe, & ſine ſubiecto moueri.

ueri. Certum autem, locum eodem mòdo moueri, quo ſubſiſtit. Eſſentia eius eſt corpus recipere: hæc mouetur. Nihil igitur in eo remanet remoto locato. At interuallum Platonis cùm ſit mentis cogitatione confictum: nunquam perit ſed quandiu mens humana durauerit: tamdiu locus permanebit immutabilis.

Sub hanc definitionis explicationẽ, apponitur quæſtio præcedentia concludens: *An definitio ſit bona?* Reſpondet Epitomicus: *eam optimè definitum explicare, & ei ſoli conuenire, quod ex proprietatibus ſuperiùs poſitis notũ aſſerit.* At profectò exiſtimabã nihil eſſe in artibus firmius definitionibus. Sed has in ſua epitome Lieblerus cõfirmare cogitur. Quã ſophiſtica tamen ſit probatio: in ipſa explicatione definitionis euici. Veruntamen ad quæſtionem breuiter reſpondebo: Non eſſe bonam definitionem, quia locus dimenſiones habet tres: quę in ſuperficie non inſunt: Quia locus ſuperficies eſſe minimè poteſt.

Non poteſt nõ hęc doctrina de loco, uideri noua: cum ſuperioribus ſeculis imperitis ſit à ſophiſtis perſuaſum: nihil aliud eſſe locum, quàm rerum externam ſuperficiem. Neque admodum refert, quod noua uideatur ſententia contraria, modò etiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

intelligatur, quàm ſit uera. Fac igitur, cordate lector, qui hactenus falſis nugis tibi imponi paſſus es, ut liberum iudicium tibi aſſumas. Et cùm ueritatem ipſam intellexeris, ne pudeat peiorem ſententiam cum ueriore commutare. Nequaquam pudeat ab errore ad ueritatem: ab inſcitia ad certam cognitionem conuerti. Prudentis nanque fuerit, aliquando ſibi repugnare, ueritati nunquam.

Interrogabit itaq; lector: quid ſit uerè lõcus? Nam ex præcedentibus id non facilè conſtat. Ariſtoteles difficultatem hîc animaduertit ſummam: Plato eam facillimè ſuperauit.

Antiquitas, inquit, & communis hominum ſenſus ſtatuit locum omnibus locati partibus adæquatum. Sic corporis locus eſt ſpatium trifariam dimenſum: longitudinis, latitudinis, altitudinis: ut cùm metiri locum uolumus has dimenſiones metimur. Locus ſuperficiei eſt ſpatium dimēſionis duplicis. Locus lineæ, eſt ſpatium unius dimenſionis. Locus puncti, eſt ſpatium dimenſionis expers. Nec intereſt utrum locus ſit corporeus, an incorporeus: uti lucis locus eſt aër: aqua: & quoduis lucidũ corpus. Contrà, corporis locus eſt incorporeus animo tantum compræhenſus. Hic lo-

cus ſolus eſt immutabiliter permanẽs: nec quam diu anima hominis permanet, perire poteſt. Hic etiam locus res nullas ſibi peculiariter elegit: ſed omnes eadem conditione admittit, ſiue fuerint naturales, ſiue artificiales, ſiue etiam ſpirituales. Et rectè hanc διαστήματος logicam, Aſtrologia tota dimetiendis cœli locis, & ſpatijs, ſequuta eſt, ſola mentis deſignatione, parallelos, Meridianos, Horizontes, Coluros, longitudines, latitudines, altitudines, dimetiendo: nec unquam pro loco ſuperficierum terminum uſurpauit. Sic neq; Geometra quiſquam dimetiendis corporum locis, terminos exteriores, ſed tota intus ſpatia dimetienda ſibi proponit. Sed ne omninò noua paradoxa uideatur canere Plato: audiatur Ariſtoteles, quid de hoc Platonis loco iudicet.

Quãuis autem uerbis à Platone diſſentire uideatur: tamen reipſa ab eius ſtat partibus. Principio fatetur Platonem ſolùm dixiſſe quid ſit locus. Et poſtea explicaturus quid ſit locus, eum immobilẽ ponit: quod nihil aliud eſt quàm Platonis ſpatium comprobare.

Loci dimenſiones ponit tres, quæ in ſuperficie nulla inueniuntur.

τόπον ϗ χώραν locũ & ſpatiũ idẽ eſſe docuit.

Res

Res Mathematicas in loco poni, admi-
ſit: quæ certè in alio, quàm Platonis loco,
poni neutiquam poſſunt. Imò quod plus
eſt, uoluit ſolîus mathematicorum eſſe de
loco diſputare: ut legere licet, cap. 6. de Ge
nerat. 1. Item in categoria quantitatis.

Et repetita in Ariſtotele, tam ſæpe στάσεις
localium differentiarũ: & in hoc mundano
loco, medij & extremi loci differentia ap-
pellata, quid aliud, quàm τριχῇ διάστατον διάστημα
trifariam dimenſum ſpatium, totisq́; mun
dani corporis dimenſionibus uſquequaq;
adæquatum, demonſtrat?

Simplicius & Philoponus locũ eſſe in-
eruallum pluribus rationibus docuerunt:
uæ non parum momenti habent. Imò plu
imi faciendæ ſunt: in quibus ueritas de lo
i natura accuratè compræhenſa eſt.

P. Ramus cum animaduertiſſet, rem no-
am imperitioribus obſcuram: lumen ad-
idit: & quid ſit locus Platonis, uerbis cla-
oribus, & exemplis notis exponere curæ
abuit.

Definit itaq; locum, rem eſſe logicam,
empe ſubiectum enti & non enti commu
em. Rem logicam dixi ſola mentis conſi-
natione conſtantem, licet aliquando ad-
uncto ſit corporeus. Ad hunc locum re-
pexit Ariſtoteles cum rectè & uerè locum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

immutabilem diceret. Similiter cum locũ non ens appellaret. Quòd commodè interpretandum eſt, ut nihil corporeum intelligatur, ſed διάστημα ἀσώματον.

Et ne offendaris, lector, quod dictum ſit locum eſſe rem logicã enti & non enti congruentem, tale Ramei loci, aut potius Socratici exemplum à Talæo eſt inuentum. Platonis, inquit, locus retinendus eſt: qui ſiue oppletus corporeis rebus ſiue non: ut uacuũ in Phyſicis rebus habeatur, nihil ad logicam, quæ eſt entis & non entis. Campos Elyſios, hortos Heſperidum, & plæraq; alia loca poëtæ fingunt. Logicum hoc ſubiectum & logicus locus eſt. Atq; ſic habes lector candide, quid de loco Platonis ſit ſentiendum: quod totum Rami diligentiæ & uigilijs eſt acceptum ferendum.

Quod contrà dicat, nihil habet Epitomicus, præter hoc: *Quod Ariſtoteles hanc ueterum Philoſophorum ſententiam refutauerit.* Itidem ego reſpondeo. Ramum diſputaſſe & ſatis doctè pro ueteribus: Ariſtotelisq; recenter excogitatam ſententiam egregiè à ueritate alienam eſſe, commonſtraſſe. Hæc Rami argumenta, quibus uſus eſt, Epitomico in manus ſumenda fuiſſent, ſed ſapienter ijs quæ impoſsibilia fuerunt tanquam onere Æthna grauiore, ſuperſedit. Vnum examinat

minat ne omninò uideatur uictus. *Quod ſi ſpatium ſit locus, una res pluribus locis contineri poſſet: quemadmodum exemplum, à dolio & uino in eo concluſo, fatebitur.*

Egregium ſophiſma: aut ſapientiæ inſcitia. Ramus dixit locum eſſe ſpatium mentis cogitatione deſignatum. Lieblerus dolium ſpatium ſeu locū appellat: quod probat in diuerſa transferri poſſe loca. At Ramus neq; de dolio, neq; de eius cauo cogitauit: quare ſi apertè Rameum ſpatium impugnare uoluerit: alia illi aggredienda uia eſt. Hæc impugnatio quæ Rami mentem ne quidem è lóginquo aſpexit, facillimè eſt illuſa,

Turbat præterea aliquid, ex ijs Rami uerbis, quod Ariſtotelem poſtulaſſe quædam abſurda dixerat. Sed quæſo poſtulat ne Ariſtoteles ſibi concedi: locum continere rē ocatam: locum eſſe terminum. Negare no i. Textus enim apertus adeò eſt: ut cœcus de colore iudicet: qui de eo dubitet. Sed quia, ut conijcio, Ariſtotelem defunctoriè egiſti: relege locum de principio 4. cap. uius libri. λαμβάνωμεν δὲ περὶ αὐτοῦ, ὅσα δοκεῖ ἀληθῶς καθ' αὐτὸ ὑπάρχειν, &c. Sumamus de ipſo, quæ uerè per ſe ineſſe ei uidentur &c. Nihil poteſt pertius poſtulari: niſi uoluerimus dicere ne quidem hoc ad aduerſario precibus im-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

petratum:ſed autoritate & ui ereptum. Aſſeris etiam ipſemet Ariſtotelem poſtulare, quę negaſti eum poſtulare. Ita uno ore rem negas quam mox affirmas. Calidum & frigidum ex eodem ore efflas: mutata tãtum ad quam te applices, perſona. Quamobrẽ euicta iam eſt difficultas, quàm Ariſtoteles & Epitomicus ſua ſponte ſibi concitarunt. Non audiam poſtea diſtinctionẽ, poſt currum Epitomici triumphalem acclamatam. Nam partitio hæc: & uox triumphalis, infinitè totis Phyſicis iteratur. Quieſcat tandem, quæſo & obteſtor.

IN CAPVT V. LIB. IIII.

QVintum caput conſectaria quędam habet, & πορίσματα è loci definitione, falſa. Nempe: *Id omne corpus in loco eſſe quod extrinſecus alio quopiam continetur.* Et in *loco id non eſſe: extra quod nihil eſt.*

Ex his autem conſectaris ſequitur res Phyſicas adeò largè, laxeq; locatas eſſe, ut mundo, ſeu extremo cœlo nihil loci relinquatur. Conqueratur igitur mũdus de ſuo Phyſico: tanta quinq; capitum Phyſica actum eſſe, ut mundo, & extremo cœlo in quo omnia locarentur nullus locus attribueretur.

Ad hanc quærimoniam, medicinam inuenit Epitomicus: diſtinctione ſua uſitatiſsima, per ſe, & per accidens: *Vt enim cœlum* (inquit) *per ſe non mouetur, ſed per accidens: ſic in loco itidem per accidens manebit.* Benè habet Epitomice. Mitto motum cœli: cupio ſcire, quomodo ſit in loco per accidens. Taceam iubebis: iſtûc enim ibis.

Partem Sphæræ eſſe centrum nemo ambigit. Illud etiam in confeſſo eſt, medium mundi per ſe in loco eſſe. Quare circumferentia, ſeu mundi extremum in loco erit, non quidem per ſe, ſed centri ſui gratia, & per accidens.

Heus Mathematice, indoctum te doces eſſe Mathematicum. Omnia enim, quæ ex Matheſi in tuam Epitomen mutuatus es, malè à te intellecta, peregrina, & falſa ſunt. Peregrina ea in Phyſica eſſe non poteſt dubitari. Malè intellecta, & falſa cur ea dicam ſic accipe.

Partem Sphæræ non eſſe centrum, ſine controuerſia, uerum affirmas. Itidem & uerius ad Mathematicorum ſcholam ego appello: centrum eſſe in Sphæra punctum: nullumque punctum ſphæræ partem rectè uocari: nec etiam magnitudinem ueluti partem, conſtituere: ſed eam naturæ ordine præcedere. Et quod magis uidebatur uerisimile, ne quidem lineæ pars erit punctum. Siquidem

dem infinita puncta coagmentata: nunquã lineam cõficient: ſed linea fit ex fluxu puncti in longum. Mathematicorum hæc ſunt decreta, ne credas paradoxa inaudita tibi occini. Proximum in tua Matheſi eſt: *medium mundi per ſe eſſe in loco.* Tranſeat illud, & inuito Ariſtotele, qui in principio doctrinæ de loco, & in reliquo capite id pernegat. Hinc apponis:

Circumferentiam ſeu mundi extremum in loco eſſe, non quidem per ſe, ſed centri gratia, & per accidens.

Noua hęc de loco doctrina eſt: noua uocabuli acceptio. Non enim ratione ſuperficiei exterioris, ſed partium gratia res in loco adponuntur. Præcedentia autem omnia non ampliùs firmitatem habebunt.

Definitio loci non eſt κατὰ παντὸς: alius enim locus eſt, qui per partes res continet. Neque diuiſio loci in proprium & commu nem eſt κατὰ παντὸς. Nam locus diuidendus eſſet in eum, qui ratione partium: & eum, qui ratione ſuperficiei res contineret.

Interpretes Ariſtotelis tantam ſui magiſtri inconſtantiam perſpicientes, nodosque quàm plurimos, qui ex hac doctrina, omni ex parte nectere̅tur: ſolutionem deſperarunt, & ab Ariſtotele deficiendi, ad partem aduerſam, occaſione̅ ſumpſerunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Locum uidelicet eſſe χώραν & διάστημα interuallum, & ſpacium. Quod cùm faciũt cœlũ ab omni periculo exſoluunt. Nã in hoc loco concedetur: nec ab alio uix exiſtente, in eum ut traducatur, tanquam umbra in conuiuium, opus habebit. Quare totum hoc caput è fallacibus conſectarijs compoſitũ eſt. Neq; id uſq; adeò mirum: cùm tota hęc quinque de loco capita, nihil contineant, quod Phyſicæ ueritatis ſpeciem ſaltem redoleat. Magna in rebus alienis: maior in nugis: maxima in falſis confirmandis pars inſumitur. Leges iuſtitiæ, ſapientiæ, ueritatis, tantam tam falſarum rerum confuſionem in Phyſica impatienter audiunt.

IN CAPVT VI. LIB. IIII.

DEmonſtratum eſt, locum rei locatæ ſpatium eſſe. Quod ſpatium aut eſt plenum, aut uacuum. Itaque ſi loci differentias legitimas Epitomicus enumerare uoluiſſet: de pleno pariter ut de uacuo differendum fuerat. Agè tamen, delibandum nobis eſt, quo pacto ſuas uires aduerſus uacuum comparet.

Primò itaque aduerſariorum robur clam ſpeculatur, & expiſcatur: poſtea firmioribus copijs eos inceſsit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Qui igitur uacuum approbant, quinque nituntur quibus id defendant propugnaculis. I. *Quod motus eſſe ſine uacuo non poteſt, in quo eſt perficiendus.* II. *Eſt ſpiſsitudo corporũ: quæ non contraherentur, niſi in ijs laterent inania quædã ſpatiola, in quæ corpora ſpiſsida componerentur.* III. *Incrementum corporum: corpus enim auctum maiorem locum occupat: quod ſine uacuo fieri non poteſt.* IIII. *Corpora non augerentur, niſi acciperetur alimentum in ea ſpatia, quæ uacua ſunt.* V. *Eſt experientia, de uaſe oppleto cinere, & utre oppleto uino.* Hæc ſunt eorum firmamenta qui uacuum propugnant: contra quos arma capit Epitomicus: ſed ridiculè. Ita namq; diſputare, an ſit uacuum: ſimile eſt illi, quęrere an ſit natura. Et profectò hæc potior quęſtio fuerit: Natura enim eſt: Vacuum Epitomico & Ariſtoteli nihil omninò uidetur eſſe.

IN CAPVT VII. LIB. IIII.

VErùm cæcos de coloribus agere ſinamus: Et argumenta pro uacuo cóuicta deſtruantur. Sed tamen quale uacuum ſibi in refutatione propoſitum habeat Epitomicus non explicatur. Ariſtoteles uacui ſignificationes recenſet: uacuum ſeparatum & diſperſum. Vnde admonemur,

mur,non ſolùm ſpatium illud, dimenſionibus locati,æqualiter dimenſum: ſed ſpatij differentias plenum & inane ex Ariſtotelis Phyſica demonſtrari. Hoc ſpatiũ à Lieblero refutandum fuit. Hæ ſpatij differentię eſſent impugnandæ. Noua acceptio aut differentiæ,non ſunt pro arbitrio excogitandę,quales nuſquam,aut Pythagorę, aut Platoni uſurpatæ fuerunt. Id ſi cogitaſſet Lieblerus,non tam turpiter, hîc oleum & operam perdidiſſet. De re ſiquidē, ut ipſe teſtis eſt, nuſquã exiſtente diſputationem inſtituit. Quod uanius utiq; eſt: quãſi cæcus de colore iudicauerit. Color extat: Res de qua diſputat Epitomicus, nuſquã extat. Redeo igitur ad id, quod priùs monui. Si Epitomicus operæ pretiũ iudicauerit contra ſpatium diſputare. Hoc ſpatium oppugnabit, quod capitibus præcedentibus ſecundum Ariſtotelem aſtruebamus. Huius ſpatij differentias ab ipſo Ariſtotele hoc capite explicatas,aggredietur. Id quia factũ non eſt: nec ego contra eius effictam theſin plura tẽtabo. Sed imitatione illius, qui Ariſtotelis caput 9. explicatione nõ dignatus eſt: duo hæc, contra confictum ſpatiũ, capita prætermittam: Cæcumq́ue de ſuis quos imaginatur ſibi coloribus, ut animũ expleat, iudicantem non impediam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

IN CAPVT X. LIB. IIII.

QVàm igitur arguta fuerit Phyſica:in duabus quarti libri partibus,ſic cõſtat.De loco,& uacuo ſuperſtitioſa uenatio fuit: Logicam de ſubiecti topico nonnullam complexa:ſed aliena in arte,alieniſsimo docendi modo: & omnibus legibus maximè contrario. Reliqua capita ad tempus pertinent: diſputationeq́; uerboſa,& inutili abſoluuntur. Attamen duremus, & myſteria hæc de tempore auſcultemus: libereque, ut uſque antehac, iuxta leges bonarum artium, de ijs iudicium faciamus. O'utinam, non materies repræhenſionis redundaret, uel abundaret potiùs: nunquam nodum in ſcirpo quærere uoluptati eſſet. Quid igitur?quę nam Phyſica tua eſt de tempore?

Prima de tempore diſputatio inceptatur: *utrum ſit tempus?* Quæ in utramque partem agitatur:

Tempus non eſſe uidetur probabile: quia partes, ex quibus conſtituendum eſſet, præteritum,& futurum, non ſubſiſtant in natura: & ex non entibus nihil fiat.

Verùm hoc diſputationis cornu ſine omni moleſtia ab Epitomio diſsipatur: per ſimi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ſimilitudinem inter motum, & tempus: cũ temporis natura ad motum computari debeat: *Et ueluti motus in prefectione ad perfectionem ſemper ſubſiſtit: adeoq́; ex ente, & non ente compoſitum quiddam eſt: ſic tempus aliquid dicitur, non quod perfectum, abſolutumq́; ſit unquam: ſed quod perpetuò fiat.*

At τυφλὸς περὶ χρωμάτων συλλογίζεται: cùm nemo Philoſophorum hactenus tempus eſſe negauerit. Nec opinionis huius, Ariſtoteles, aut Epitomicus ullum autorem nominare poſſunt.

Platonem, & Pythagoram peti, communis interpretum opinio fert. Qui, etſi de tempore ab Ariſtotele diuerſa cogitauerint: non tamen hûc dementiæ perueniſſe eos, ut tempus eſſe dubitarent, uel leuiſsimis coniecturis diuinari poteſt. Confictam itaque hanc theſin, à Rhetore ſeu ſophiſta quodam, exercendi ingenij cauſſa, uериſimile eſt. Quid uerisimile dico? Certiſsima res eſt. Quocirca inane cæci de colore iudicium: & de re euidentiſsima futilis quæſtio à Phyſica abigatur. Lex κατὰ παντὸς, & καθ' αὑτὸ hoc uolunt, & mandant. Futilem appello hanc quæſtionem. Neminẽ enim habet in hac quæſtione Epitomicus aduerſarium. Seipſum opinor, ut uincat, laborat. Et rectè quidem ſapit: dum enim

ſe i-

ſe ipſum uincit: à quæſtionibus tam uanis abſtinendum, diſcit.

IN CAPVT XI. LIB. IIII.

HÆc inſcientia Phyſica eſt capitis decimi. Sed quia perfectè expoſita nõ eſt: altius eam repetere operæ pretium eſt: Magni enim momẽti res eſt, ſcire quid non ſit tempus. Docet itaq; de inſcientia temporis Epitomicus: *quod ſimile quiddam motui ſit, ei adhærens: unde oriatur error, ut tempus interuenire nullum putemus: cum motus nos latuit, uel ſomno ſopitos, uel re aliqua ludicra excitatos.*

At nemo eſt, qui etiam grauiſsimo ſomno excitatus, non ſentiat interceſsiſſe aliquod tempus, ſtatimq; ut recreatus fuerit, temporis fluxum à ſomni initio metiatur. Quòd autẽ in ſomniando, tempus nõ metiebatur nec ſenſit: id propterea nõ factum eſt, quod tempus non ſenſit: ſed quia animum & cogitationes ad eam rem, correptus ſomno, applicare non poterat. Verun tamen, quorſum hæc faciunt? Tempus nec eſt motus, nec ſine motu poteſt intelligi. Horſum nempe. *Ad docendum tempus eſſe motus accidens.* Argumenti connexio ita inſtituitur. *Tempus non eſt motus. Tempus tamen ſine motu intelligi non poteſt: Ergo eſt eius accidens.*

Eadem

Eadem argumentandi conſequentia fretus: argumentor: Lieblerus non eſt motus. ergo eſt motus accidēs. Anima non eſt homo: ergo eſt hominis accidēs. Aut clarius: Anima non eſt homo: Et tamen ſine anima nec intelligi poteſt, quid ſit homo: nec conſtare poteſt homo: ergo homo animæ accidens eſt: ergo Baculus ſtat in angulo. Sed hæc non curentur.

Quid deinceps? *Omnis motus fit ſuper magnitudine aliqua. Magnitudo omnis continua eſt. Magnitudinem ſequitur motus: ut quemadmodū magnitudo, ſic motus quoq; continuus dicatur.*

Noua quædam audio, ſed nihil ad rem. Quod magnitudo ſit continua: quod motus ſit continuus: quid hoc ad tēpus? cuius nomen ne quidem auditur. Magiſtri tui animum non es aſſecutus: Aut quod ille ex hac propoſitionum congerie catenata intulit, data opera prætermiſiſti: ut tu orator, quod ille uelut ruſticus, nimis populariter prodidit, ſupprimeres. Cōcluſit autem Ariſtoteles, ex hiſce propoſitionibus: ut motus propter magnitudinem: ſic tēpus propter motum continuum eſſe: Quę magiſtri tui nō curantia prętermittatur hoc loco, ne allatres, me in hiſce ſcholis, ſub quolibet lapide, Scorpium quęrere. Nunc definitionem ipſam quæ prora & puppis in tempo-

ris

ris explicatione eſt: aut eſſe debet, reſoluã. Definitio eſt.

Tempus eſt numerus motus ſecundum prius, & poſterius.

Obſcura & ambigua eſt definitio: explicationem requirit: quamuis etiam hoc ei uitio uertendum eſt, quod ſit obſcura. Sequitur nihilominùs explicatio.

Numerus indiſcretè cuiuslibet motus, tempus non deſcribit: ſed qui reliquorum perfectiſsimus exiſtit ac uelociſsimus, corporis nimirum cœleſtis.

Hæc obſcuræ definitionis perplexa explicatio eſt: de qua aliquantulùm cum Epitomico communicabo.

Tempus dicitur numerus motus. Aut igitur erit omnium rerum naturalium, quæ mouentur: & omnium motuum numerus: aut definitio nimis erit anguſta, ut loquuntur Dialectici. Etenim omnes definitiones erunt κατὰ παντὸς Ariſtotele teſte, & iudice.

Dixeris iam, ſi lubet, te ad ſolũ cœleſtis motus numerum, definitionem applicare. Equidem confeſtim dixero: Malè te definitiones componere: quarum partem magnam tibi in animo ſoli reſerues. Similis erit excuſatio: ſi mecum pactus fueris, ut doceas me artes dicendi. Rogatus abſoluta Grammatica, ut pacti memor: ad ſequentes artes progrediaris: reſpondebis te non

tres

tres artes cogitaſſe,ſed primã ſolũmodo.

Similiter ſi ἰδιοχείρῳ conteſteris:te debitorem eſſe 100 flor. Ad iudicem ut fidem ſerues, adductus: fac periculum an abſoluaris: cùm negaueris te tantam debiti ſummã profeſſum fuiſſe,ſed in mente, de 20 cogitationem habuiſſe. Conſtituam tibi iudicem tuæ explicationis Ariſtotelem:cap. XIIII. Ambiget(inquit)aliquis:cuius motionis tempus ſit numerus. An cuiuſuis? concludit autem tempus cuiuſque motionis, quatenus motio eſt, eſſe numerum. Et rectè iudicat: Nam ſi tempus cuiuſdam certi motus numerus eſſet: cæteri in tempore non eſſent. Auerroës huic difficultati diſtinctionem parat: quod tempus non eodem modo omnium motuum numerus ſit: ſed conuerſionis primùm,aliorum poſteriore loco: quia ſi conuerſio non ſit:nec tempus eſſe poteſt:ſi autem hæc ſit,alijs etiam ſublatis, tempus remanebit. Inclinat aliquantulùm iudex noſter in hanc ſententiam Auerrois: ſed iudicem nulla graui de cauſſa,proprium retractantẽ iudicium non audiam: eique obijciam nullam conuerſionem eſſe numerum:nullam conuerſionem eſſe tempus. Sed condonetur reo, & iudici obſcuritas in definitione temporis. Falſitatis me ratio pungit acrius: Huic dicam,

ſcribam: eamque ad iudicium iudicis iuſtiſsimi legis κατὰ παντὸς protraham.

Tempus non eſſe numerum motus cœleſtis, aut alicuius terreſtris, ita obtinebo. Quia tempus eſt continuum quiddam: numerus autem quiddam diſcretum: nonitaque tempus dici poteſt numerus. Qui adduci non poteſt, ut credat numerum eſſe quantitatem diſcretã: præter rem ipſam, quam inſpici uolo: ad quantitatis categoriam ſe referat. Vbi tantam offendet inter numerum, & quantitatem continuam diſcriminis rationem: ut ſolius numeri exemplo cõſiſus Philoſophus quantitatis, duas diuerſasque ſpecies conſtituere, audacter ſit aggreſſus. Deinde tempus, modò ponatur numerus, in diuiſione minimũ habet, nempe binarium aut unitatem. Id autem de tempore neutiquam cogitare licebit, nedum pronunciare: cùm enim in magnitudine ſit: Ariſtoteli infinitè diuidi debet: ut neutiquam numerus, qui finem in diuiſione habet, cenſeri poteſt.

Similis & hæc ratio eſt. Quod tempus ſit æternum: motus autem omnis cœleſtis, & terreſtris æternitatis gloria caret.

Poſtremò: Tempus neq; eſt numerus numerans: neq; numerus numeratus.

Numerus numerans non eſt: id eſt, talis

nume-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

numerus, per quem plus aut minus in re qualibet definitur: autore Ariſtotele capite præſenti. Quod igitur cum gratia conceſſum mihi eſt: longa demonſtratione ſtabilire non eſt neceſſum. Iam tempus non eſſe numerum numeratum probandum eſt.

Tempus non eſt, uelut motus, in re numerata ſingulatim: ergo non poteſt numerus numeratus appellari. Si enim cùm rebus numeratis numerati gaudet: cum ijs unum nomen & appellationem induere opus habet, ut in rebus ipſis, quarũ nomẽ & appellationem mereri laborat, inſit: ijsque ſingulatim adhæreat.

Addam ridiculum eſſe tempus numerũ dici motus numeratum: cùm contra, motus tẽporis numeratus numerus dicatur. Et quemadmodum motum tempore: ſic tempus motu deinceps metiamur. Ita mutuas in menſurandis rebus tradũt operas: ut mutato ſolùm nomine: nunc motus tẽporis: nunc tempus motus officium præ ſe ferat. Quid moror: quin multa paucis dicam? Nihil hac propoſitione cogitari poſſe abſurdius: Quod tempus numerus numeratus dicatur. Nullus enim, in rerũ natura, talis inuenitur reuerà numerus. Nullus Arithmeticus eum poſsidet in ſua Arithmetica numerum. Res tam diuerſa à numero

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

id quod numeratur eſt:ut niſi propria eſſentia depoſita accidentis naturam diuerſam induat: non poteſt ab accidente hoc appellationem ſortiri.

Atq; ex his numeri inepta accommodatio ad definitionem temporis, loco generis, palam facta eſt.

Reſtant nũc in definitione aduerbia prius & poſterius: quę non per ſe, ſed per magnitudinem & motum tempori attribuuntur: de quibus aliâs ſi rogatus fuero ab Epitomico, copioſè ſatis ediſſeram. Cùm autẽ definitio temporis, eiusq; obſcuritas & falſitas ſit per leges artium patefacta: nõ credo aliquem hærere poſſe, quin in numerato habeat, quod ad quæſtionem Epitomici reſpondeat. Quęſtio autem proponitur.

An temporis ratio abſq; anima numeratrice ſubſiſtere poßit: cùm dicatur numerus numeratus, qui abſque anima numerante eſſe non poteſt. Reſpondet Epitomicus: *perfectam rationem temporis abſq; anima conſiſtere non poſſe. At illud ipſum tamen, quod numerat anima, exiſtere, etiamſi ab anima non numeretur.*

Si ego roger: reſpondeo. Dato uno inconuenienti ſequi infinita. Tempus enim eſſe numerum, quod pro uero nobis obtrudit Epitomicus, falſum eſſe docui. Vt autem uerum ſit, tamen Epitomicus ſaxum Siſy-

phi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

phi hîc uoluit. Cœlũ enim ſua natura, quolibet ente alio, corruptibili & caduco priùs & antiquius, etſi homines nulli eſſent, nihilominus motus ſuos conſtantes & ratos haberet. Et temerè ſcrupulus hic noſtrum Phyſicum angit: An affectio illa cœleſtis ex natura inferiore penderet. Ne tamen tacendo partam amitteret gloriam: potius aliqd turbare uoluit, quàm tacendo diſcere. Talis igitur eſt temporis doctrina & ſapientia diuiniſsima. Hic fons & origo ſacræ Sophiæ de æternitate mundi ab Ariſtotele conſtituitur. Quid uerò eſt ſimplicium hominum auribus abuti, ſi hoc non eſt? Quid eſt diſcipulos ludificari, ſi hoc non eſt? Et nos idiotæ huc etiam fatuitatis peruenimus, ut talium ſophiſmatum ſentinam, ſapientiam nominemus. Imò diuinam relligionis ſapientiam iudicemus. Prô ſancte pudor: cur homines ueræ tamen ſapientiæ deditos, tam miſerè deſtituiſti: ut tam putidæ ſophiſticæ nihil pudeat? Sed tamen cõcludam: Tempus eſſe rem logicam: Redeat igitur ad logicum agrum lex καθ' αὐτὸ mandat. Obſcura, aliena, falſa, lex κατὰ παντὸς iam pridem in exilium compulit.

Nihilominùs quia monui tempus eſſe rem logicam: id quomodo uerum ſit paulò preſsius exponendum eſt. Tempus eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

res logica ad topicum adiunctorum pertinens: omni enti, & nó enti côueniens. Huiuſmodi logicum tempus duratio dicitur: quia uerbum generale aptius nullum ſuccurrit. Qualis duratio ſignificatur à Cicerone primo de natura Deorum, cûm ait: Non enim ſi mundus nullus eſſet: ſecula nulla erunt. Secula nunc dico, non ea, quæ dierum, noctiumque numero: annuis curſibus conficiuntur: fateor ea ſine mundi conuerſione fieri non potuiſſe: ſed fuit quędam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumſcriptio metiebatur. Hæc Cicero.

At durationis inſtrumenta, & horologia multa ſunt, cœleſtia, aquea, puluerulea, ſolaria. Numeratus tamen iſtorum horologiorum ſonus, uel lapſus: uel numerata è radijs umbra, non appellatur tempus, ſed menſura temporis. Et ſi muta eſſent omnia tintinabula: ſi motus: ſi umbræ omnes ceſſarent: non ideò tempus nullum eſſet, ſed menſura temporis ceſſaret.

Quid quod, ipſe Epitomicus, in fine huius libri docet: motum cœleſtem eſſe menſuram quãdam, quam reliquis motibus applicat.

Atque hæc eſt uera de tempore ſententia; tricis apiniſque non inuoluta; ſed clara, le-

ra, legitima, uera. Eoq; nomine, quòd ſacræ ſcripturæ homogenea ſit: & cum experientia communi concordet, toleranda, laudanda, probanda.

SCHOLARVM PHYSICARVM LIBER V.

IN PRÆFATIONEM LIBRI V.

CVM gratam & utilem perſpexiſſet (ſi Dijs ita placet) tertij libri Phyſicã Epitomicus: conſultum iudicauit, eam repetere. Sed petita priùs uenia à Phyſico, cui neceſſarium arbitratur, motus rationem perſpectam habere. Repræhenſione tamen ualdè dignum eſt: λογικὰς, ταυτολογίας ταυτολογεῖν.

At ſi recuſauerit ſe eadem, quæ tertio libro docuit, iterare: ſed nouum de motu tractatum, priora corrigentem, aut explicantem, conſcribere affirmauerit: ſapienter fecerit: & retractatarum nugarum, gratiam magnã reportabit: Quamuis illud ipſum, factum libro tertio oportuit: Vt lex καθ' ὅλου πρώτων ſeruaretur, iubens ordine omnia fieri decenti. Ordo autem in his libris nullus

 eſt:

eſt: & ſicut tertij, & quarti: ſic quarti, & quinti nulla eſt cohærentia. Hinc factum eſt: quod interpretes, ſerui Ariſtotelis aliàs deuotiſsimi, adducti ſint ad credendum hoſce libros Phyſicos integros nō extáre. Sed quia cōtra dominum hiſcere relligio fuit: occultè id dixerunt: ne Ariſtoteles reſciſceret. Nihilominùs tamen procedat quinti libri Phyſica: tertium librum aut emendans: aut nouam motus doctrinam proponens: aut priorem explicans, &c.

IN CAPVT I. LIB. V.

INter mutationem & motum diſcrimen magnum eſt. Mutatio enim generis inſtar ſe habet ad motum: cùm de pluribus dicatur. Verùm ut intelligamus quot ſint mutationes: modi ſunt conſiderandi, quibus mutari aliquid dicitur. Sunt autem modi quatuor. Ex ſubiecto in ſubiectum: ex ſubiecto in non ſubiectum: ex non ſubiecto in ſubiectum: ex ſubiecto in non ſubiectum. Sed ex his, modus ſecundus inutilis eſt. Patet ergo tres eſſe mutationes ſpecies.

Talis eſt prima inceptatio correctionis, ſed Lieblerus noluit correctionis uocabulum hîc uſurpari: pro eo explicationis reſtituit.

At, ſi hoc non eſt priora corrigere: neſcio quid corrigere ſignificet. μεταβολὴ καὶ κίνησις

muta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

mutatio & motus:antea ſemper idem fue-
runt:& erunt perſæpe poſtea. Nunc autem
inter ſe differunt. In prioribus eadem defi-
nitione fuerunt definita. Nunc habẽt ſe ut
genus & ſpecies: quæ ſub eadem definitio
ne ſpeciali comprehendi non poſſunt.Nec
tamen ea, modò definiuntur aliter: quòd
factum oportuit, ut nouus nouæ doctrinæ
ſenſus intelligeretur. Sed fortaſsis aliã mo
tus definitionem meditatur noſter Phyſi-
cus,quã exprimere nequibat. Quid dein-
de?Sequuntur mutationis genera 4. Qui-
bus,ut res nouas habent,noua inuenienda
erant nomina.Et quod non negatè ſignifi-
cat,ſubiectum appellatur.

Deinde ex hac quadripartita mutatio-
nis diuiſione,unicum genus uerum eſt.Se-
cundum enim,3 & 4 reijciuntur,quod mo
tus non ſint.

O'inſignem, & elegantem logicum: ca-
tholicis partitionis legibus conſentaneè
partientem. Vitioſas, & mendaces parti-
tiones fingit,ut proprijs ſophiſmatis refu-
tandis ingenium oſtentet. Quis igitur ſic
uitioſè partitur?Epitomicus. Quis uitio-
ſam partitionem Epitomici accuſat?Lieb-
lerus. Per Herculem:Philoſophicum,& li-
berum iudicium laudo. Et quod ſibi repu-
gnare cũ res poſtulat, Epitomicus audet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Id tamen nequaquam laudo: quod mendaces partitiones commentus ſit: ut de 4 membris 3. reijceret. Quænám obſecro pugna eſt: cum uictoria uictori ipſi cladem afferat?

Sed heus Epitomice, quid generationem, & corruptionem à motu eijcis? Nouáne motus definitio priori in tertio libro latæ, contraria, prohibet, quin adhuc motus habeantur? Nam quæ hîc contra ea ponuntur, propulſabo facilè.

Γένεσις καὶ φθορὰ non ſunt motus: Quia cùm motus ſit accidens & quædam ἐνέργεια neceſſe ſit, ut in ſubiecto poßibili exiſtat, & ἐνεργείᾳ ſit. At non ens, quod eſt ſubiectum generationis: non eſt aliquid ἐνεργείᾳ exiſtēs, ſed δυνάμει tantùm. Quapropter ſubiectū motus eſſe nō poteſt. Sed quod per generationem naſcitur corpus naturale, eſt proprium ſubiectum motus. Conſiderandum autem diligenter, quàm ſit leuis, & fallax, hęc cōtra generationem machinatio.

Propoſitio eſt falſa. Quod neceſſe ſit motum exiſtere ἐνεργείᾳ. Motus enim definitur, actus rei exiſtentis in potentia, quatenus potentia eſt.

Si enim actu exiſtat mobile, non mouebitur. Ariſtoteles ipſe ponit motum in re, quæ mouetur: id eſt, in ea, quæ potentia eſt » ad actum. Perfricueris, ut lubet, frontem

Epi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Epitomice:hæc tamen non negabis:ni tibi
ipſi, tuoque Magiſtro bellum indicere, lu-
dum, iocumque duxeris. Falſa itidem eſt
aſſumptio. Quod enim in generatione mo
uetur:non eſt prorſus non ens actu:ſed re-
uerà actu exiſtit. Quod cùm in reſponſio-
ne ad Rami argumentum ultrò cõfitearis:
nihil attinet longo probationum commen
tario id illuſtrare.

Attamẽ,acutiſsime logice: licebit ne tua
uenia ſimiliter argumentari : ut ex meis in-
eptijs,tua innoteſcat tibi ipſi infantia.

Cùm mutatio ſit accidens, neceſſe eſt,ut
ſit in ſubiecto poſsibili ἐνεργείᾳ exiſtẽte. At-
qui generationis ſubiectum & interitus ter
minus non ſubſiſtũt ἐνεργείᾳ ſed δυνάμει. Qua-
propter mutationes non erunt.

Miſera generationis & interitus condi-
tio.Non erunt mutationes,nec motus:qua
re ſe è Phyſica ſubducant : & quo in loco
commodiorem nanciſcantur habitationẽ
ſedulò quęrant.Fugam citiſsimè capeſſant,
hortor:nam alterum ijs paratur periculũ.

*Omne id quod mouetur eſt in loco. At non ens ge-
nerationi ſubiectum: non eſt in loco , eo ipſo quod ſit
non ens. Quapropter moueri nequaquam poteſt.*

Reclamabit generatio ſe eſſe in loco : &
iniuſtè nõ ens ſe appellari . Et uerè dixerit.
Id enim quod mutatur, per ſe,uereq; in lo-

co eſt,

co eſt,ſicut etiam uerè exiſtit. Vt,quamuis ex ſemine fiat homo:tamen ſemen actu exiſtit & reuera in loco ſuo eſt. Sic ouum per ſe exiſtit & actu: quamuis inde generetur pullus.

O'inſignem,& mirificam priorum nugarum correctionem:aut explicationem. Ferè adauctionem dixiſſem. Falſis falſa tollere, aut emendare conatus Epitomicus: falſis falſa cumulat: aliena alienis addit:logica logicis. Vos leges iuſtiſsimæ ueſtrum legislatorem monete: ne poſthac, ſit contra proprias leges, tam pertinax & peruicax. Ego Epitomico in memoriam redigã: ut quod æquum eſt cogitet: Cuius tamẽ in Ariſtotelem tam ſeruus eſt animus: ut errorem non putet errorem quo Ariſtoteles errare uideatur.

IN CAPVT II. LIB. V.

SEx motus genera libro 3. fecit Epitomicus. Id nõ placuit, libri huius cap. 1. Sed conſultius uidebatur 4. retinere. Sed neq; hæc diuiſio, eius in diuidẽdo luxuriei ſatisfecit: quin retexta illa diuiſione ex 4. generibus reijcerentur tria. Idem, aut ſimile quidpiam hic repetitur: contra legẽ καθ' ὅλου πρώτου: & legem κατὰ παντὸς: ſed ratiocina-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tione mirabili, nihil in uniuerſum concludente, nullo cohærente uinculo, id conficitur. *Species motus ſunt tot numerandæ, ſecundum quot genera, motus primò & per ſe rebus ineſt.*

Propoſitio eſt in argumentatione, nihil ſignificans: nihil concludens. Vtraq; eius pars idem repetit. Tot ſunt ſpecies motus, quot ſunt motus genera in rebus. Species & genera idem hîc ſunt: quod ſi negaueris neſcio quid tibi uelis. Attamen ex Ariſtotele ſcio, quid uolebas dixiſſe: ſed ueritus es ueritatem profiteri. Tot eſſe motus ſpecies, quot ſint categoriæ, in quib. ſit motus. Sed ut tua eſt uana, ſic hæc falſa eſt propoſitio. Prima enim illa & ueriſsima entia, Ariſtoteleos motus nullos habẽt: imò uerò, motus nulla ſunt genera: ſed motus ut effectus, una ſola & generali definitione explicatus: omni & enti, & non enti accommodabitur. Nec ſi eſſent motus genera, ex ſubiectis rebus, eſſent metienda.

Aſſumptio ſequitur ſed intricatè: ne fucus appareat. Senſus eſt: ſed categoriæ in quibus eſt motus, ſunt tres: ergo tria itidẽ motus genera.

Nihil iam dicam de illa inconſtantia in partiendis categorijs: iam enim dudum cœpi, illam inconſtantiam in partiendo, deteſtari. Categorię ſunt, decem: octo: ſex: quatuor:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tuor: tres: ut ſomnij ſimile ſit, tã inconſtanti fundamento, uelle ullam conſtantem diſciplinam ſuperſtruere. Attamen conſideratione dignum eſt, mirificè Epitomicum telam libri tertij de ſex motus ſpeciebus retexere. Ingens ſaxum uoluit: nunc affirmãdo, nunc negando motum eſſe in hac, uel illa categoria. Attamen Epitomice, quid animi eſt, de hac aſſumptione rhetoricari? Hoc opinor: Quod, *motus qui ſecundum qualitatem inſit rebus* ἀλλοίωσις *dicatur. Qui cauſſa quantitatis, communi nomine careat: dicatur autem in ſpecie incrementum & decrementum. Qui cauſſa loci communi nomine* φορὰ *latio dicatur: impropriè tamen.* φέρεσθαι *enim dicuntur quæ aliena ui & externa citantur: non etiam quæ ipſa ſe promouent.*

Hæc de ſpeciebus motus affirmantur: quod in tribus categorijs reponãtur: qualitate, quantitate, loco. Categoriæ reliquæ à motu remouentur: ſeu motus ab ijs excluditur.

Secundum genus οὐσίας *motus non ineſt rebus. Motus enim eſt in rebus cauſſâ contrariorũ. Subſtantiæ aũt nihil eſt contrarium, quod in ſubiecto non ſit ut contraria, ſed ſemper ſit ſubiectum aliorum generum.*

Renouationem belli contra generationem, & corruptionem non libenter audio. Compoſitum putabam. Erraui. Nam præter cauſſas priores accedunt aliæ, quę à motu, &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tu, & Phyſica generationem, & corruptionam pellunt. Motus non eſt in ſubſtantia: quia ſubſtantiæ nihil eſt contrarium. At res ipſa dictitat, ſubſtantiam ipſam, oriri, interire: non ſolùm quantitates, & qualitates: quibus tu attribuis omnia, quæ ſubſtantia operetur & acquirat. Contraria tamen opinio uerior eſt: ut quantitates & qualitates, quod operentur, lucrentur aliquid: Immò quod ſint, ſubſtantiæ acceptum ferant. Tota enim accidentium eſſentia à ſubſtantia dependet: non ſubſtantiæ ab accidentibus. Mouetur igitur ſubſtãtia reapſe cùm oritur, & interit: etiam nolentibus qualitatibus, & quantitatibus: penes quas ſi ſtaret arbitrium: nunquam ſubſtantiam deſtruendo ſeipſas corrumperent. Sed æquè uidear ac tu ridiculus: ſi de hac propoſitione multùm certauero. Qualis enim eſt hæc quæſtio? Subſtantiæ nihil eſt contrarium: quia eſt ſubiectum aliorum contrariorum. Atqui illud libro primo ex doctrina Ariſtotelis refutatum eſt. Nónne generis, in ſpecies & differentias diductio: eſt in partes contrarias? Sic enim contraria ab Ariſtotele definiuntur: quod ſub eodem gene re plurimum differant inter ſe. Differentiæ autem & ſpecies ſi inter ſe plurimum diſtant: non ea erit contrarietas in qualitatibus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

bus, quæ ſpeciebus non inſunt: ſed in ipſa rei ſubſtantia. Nónne Ariſtoteles ignem aquæ contrarium efficit? De qualitatib. eorũ ne unicũ quidẽ uerbum profert. Ignem in concreto aqua contrarium ponit: ut tota ignis ſubſtantia aquæ contraria reputetur. Quòd autem qualitates poſtea ſint cõtrariæ: hoc à ſubſtantiarum inter ſe contrarietate ortum ducit.

Quid capite huius libri 1. ſenſit aliud Ariſtoteles: quàm inter priuationem & formam eſſe motum? Quod ſi uerum eſt: erit etiam priuatio formæ contraria: & in ſubſtantia erit contrarietas.

Ah mi Lieblere, noli in tanto pretio Ariſtotelis figmenta, & ſomnia habere: ut præ ijs ueritatem deſerendam, aut exterminandam iudices. Veritas tibi omnibus Philoſophorum autoritatibus carior eſſe debet. Statim de principio tuæ Phyſicæ & Epitomes: ſubiectum Phyſices conſtituiſti corpus naturale mobile. Id propter Ariſtotelis autoritatem tibi memoria excidit: aut ui excuſſum eſt. Corpus illud mobile è Phyſica motus tollitur. Non enim mobile eſt ꝑ ſe: ſed per adiũcta: qualitates, quãtitates.

Quare error fuit initio epitomes: ubi addendum fuerat: ſubiectum Phyſices ſunt quantitates, & qualitates: Et poſtea eorum bene-

beneficio ſubſtantia ipſa per ſe immobilis: quæ hoc ſolùm nomine in materias Phyſicas motui obnoxias uenit, quod ſit ſubiectum, in quo contraria ſubſiſtant.

Quid quantitas? neque illi aliquid contrarium eſt ſecundum Ariſtotelem: quare neque in ea erit motus. Sed hæc & ſimilia tibi, alijsque interpretibus leuiora ſunt: quàm leges ſanctiſsimæ: ueritas caſtiſsima: ne Ariſtotelem ueſtrum offendatis. Quod ſi non fuiſſet: Ariſtotelis Philoſophiam lautiorem, & illuſtriorem teneremus.

Atque hactenus pro generatione: & corruptione dimicatum ſatis eſt: aut plus ſatis: Et quod ſubſtantiæ aliquid ſit contrarium: nec ideò contrarietatis argumento è motuum Phyſica ſit tollenda.

Quid Relatio commiſit flagitij, ut in ea non ſit motus? *Quia fieri in hoc genere poteſt* (reſpondet Epitomicus) *ut res ipſa ſecundum ſe nihil prorſus mutata, alia eſſe facta dicatur: ea ſcilicet, quæ ad ipſam refertur, mutata. At in motu rem ipſam ex contrario in contrarium mutatam eſſe oportet.* Turbat hîc multa Epitomicus: nihil probat. Nõ autem ſimpliciter credere poſſum ſine rationibus: quòd altero relatorũ mutato: alterum immutatũ maneat. Cùm enim uerum ſit, relata ſe mutuò conſtitue-

re & perempta perimere: non poteſt patris qualitas gigni & aboleri: quin filij qualitas reciproca gignatur & aboleatur.

Nec etiam cõtrarietas poteſt relatis motum denegare: Opponuntur enim referente Ariſtotele & ſibi inuicem contrariantur. Fateor quoq; ingenuè me non poſſe aſſequi quomodo unum relatorum mutetur: immoto altero: ut pater generetur: aut etiã filius: niſi in utroq; ſimiliter fiat motus. Exemplum enim quod adfertur: iocularium eſt. *Quod ex dextra fiat ſiniſtra: & ex ſiniſtra dextra*: nemo mihi unquam perſuaſerit. Et tamen ſi maximè probarem ita rem habere: nihilominus admotum alienum eſſet: nec probaret, quod in relatis non ſit motus.

Quid actio & paſsio, erũt ne illę motus? *Non erunt: ne ſit motionis motio: mutationis mutatio: generationis generatio &c. Quo conſtituto motus prorſus tolleretur.*

Hem Epitomice, ubi'nam tua memoria eſt? qui libri 3. ca. 2. motum in relatione poſuiſti: ita tamen in relatione: ut intra actionem & paſsionem ſe contineret. Actio motionem inferret: Paſsio ſuſtineret eandem.

Comparas quidem in hac obiectione interpretationem ſubtilem: *Quod uerum ſit actionem, & paßionem non moueri: ſed non negari tamen actionem & paßionem eſſe motus.*

Bel-

Bellum tectorium inani uerborum tautologia odioſum. Quid enim in hac explicatione, & tectorio dicitur aliud, quã motum non eſſe in actione & paſsione? Meditaris quidem aliquid: quod abſurditate rei commotus exprimere uerebaris. Et certè quid hoc rationis eſt? *In actione & paßione non eſt motus: ne ſit actionis actio: motionis motio, &c. ſicq́; in infinitum fieret progreßio.* Equidem uanum illud eſt: Poteſt enim primus motus eſſe cauſſa ſecundi: ſecundus tertij, ita ut ad primum motum commodiſsimè perueniatur.

Quid tandem hinc concluditur: & naſcitur? Nihil. Res in fumum abit: ubi incepit, ibi deſinit. Ariſtoteles concluſit: Cùm motus non ſit in eſſentia: nec relatione: nec actione & paſsione (tres categoriæ negliguntur) in tribus his relinqui: quantitate, qualitate, ubi.

Atq; hoc pacto tertij libri Phyſica explicatur, aut emẽdatur. Quod ſi dixiſſem eam adaugeri, uerius dixiſſem. Hic enim quintus liber adeò mirificè prioris nugas aſſecutus eſt: ut potiùs hũc eſſe prioris æmulũ in nugis cumulandis: quã in ijſdem amputandis dixerim. Vterque in eo mirificè conſentiunt: ut inconſideratè in Phyſica, mera logica, ſpirent & perſtrepant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Quicunque igitur in hæc incideris: pro tui iudicij libertate pronuncia, ut Ariſtotelem ſummum uirum aliqua ex parte, ab erroribus liberes, hunc librum tanquam nothum & ſpurium: opera inuidi hominis in Ariſtotelis Phyſicam ſuppoſitum: ut eius celebritati aliquid decederet. Poſtea de hoc prudentis lectoris iudicio, ſi diligenter cogitationem ſuſceperint interpretes, ſpinas tam ineptas, & tanti philoſophi nomine indignas: immò legibus Ariſtotelis contrarias: ex agro Phyſico exſtirpaturos ſpero. Tribulis iſtis, carduisq; ingenuam iuuentutem: falſa ingenuæ artis ſpecie non diutiùs paſcét: ſed id quicquid ſit ineptiarum abiurabunt.

IN CAPVT III. LIB. V.

ADmirabile & noſtri Philoſophi ingenio ſimillimum commentum ſequitur: de logica quadam uocabulorum interpretatione: quod uocabula hęc in rebus multis ſint neceſſaria.

Grammatica, Dialectica, & cęteræ artes ſunt etiam in Phyſicis neceſſariæ: quare etiam illas hoc loco explicaſſe oportuit. Sunt autem uocabula, quæ hîc definiuntur. ἅμα, χωρίς, ἅπτεσθαι, τὸ μεταξὺ, συνεχῶς κινεῖσθαι, τὸ ἐφε-
ξῆς,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ξῆς, τὸ ἐχόμενον, συνεχὲς. Simul, ſurſùm, tangere, intermedium, continenter moueri, deinceps, conſequens ſeu coniunctum, continuum.

Quæ doctrina commodius (ſi quid commodi habet) libro quarto in doctrina de loco explicata fuiſſet: cum gratia differentiarum localium adducta uideatur. Nihilominùs explicentur uocabula.

Simul dicuntur, quæ in eodem loco primo continentur.

At prima definitio ad Phyſicã libri quarti falſa eſt. Vbi negatum eſt duo, uel plura corpora ſimul in uno eſſe loco. Simplicius ab hac ſignificatione recedendum ſuadet. *Tangere dicuntur, quorum extrema ſunt ſimul.* Definitio hæc non eſt κατὰ παντὸς: quia Geometris non ſemper approbatur: quibus interdum non tangit recta rectam, quamuis cohæreat: ſed tangit, cùm producta, non ſecat, quod tantùm poteſt accidere peripheriæ ad rectam, & peripheriam.

Interpretes hanc definitionem cum prima confundunt: ut omnia quæ ſint ſimul: ſe tangant: Et omnia quæ ſe tangant: ſint ſimul. Sed altera legi καθ' ὅλου πρώτων ſuperflua eſt. *Intermedium dicitur: in quod res quæ ſecundum naturam mouetur continenter, prius peruenit, quàm ad extremum: omnis enim motus eſt inter contraria*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

quorum ſunt media. Definitio cum ſua explicatione ad logicam non congruit: cùm non omnia contraria habeāt medium: quibus tamen nemo motum detraxerit.

Continenter moueri dicitur: non illud, quod ratione temporis nullam habet intermißionem motus: ſed quod nihil, aut minimum intermittit rei: ſecundum quam ſit motus.

At hæc definitio præcedere priorem debuit: cùm quid ſit intermedium dignoſcere fuerit impoſsibile: niſi prius cognito, quid ſit cōtinenter moueri. Variè tamen de hac continuitate diſputatur: Quòd in continenter agentibus neceſſaria ſit, non temporis, ſed rei continuitas. Verùm dum hoc uerbis aſtruis: re aliud profiteris Epitomice, ut in exemplo apparet. Qui enim frequenter, ſeu continenter ſtudet: cùm ſomno, aut curis aliquid tribuit: rem intermittit: tempore ſtudijs deſignato non intermiſſo, ſed perpetuò fluente. Ex quo uidere eſt, Epitomicum imprudentē ad continuitatem temporis relabi.

Themiſtius poſtquam hoc in Ariſtotele perſpexiſſet, hunc locum non de temporis ſed rei continuitate intelligendum grauiter monuit. Ita ut ad motum continuum, temporis requiratur continuatio: rei poſſe interea aliquam concedi intermiſsionem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Quæ expoſitio Themiſtij, Ariſtotelis doctrinæ in capite proximè ſequenti conſentanea eſt: ubi docebit Ariſtoteles temporis continuationem uni & cõtinuo motui neceſſariam eſſe: Rei autem intermiſsionem exemplo cytharœdi patietur: Quòd prima chorda pulſata, ad infimam, non pulſatis medijs, tranſiri poſsit. Thomas ſententiæ Themiſtij ſuffragatur. Sed mitto de hiſce nugis plura.

Deinceps eſt illud: quod cùm ſit poſt principium, uel natura, uel poſitu, uel alio modo, atq; ab eo ſeparatum, nihil interuenit quod ſit eiuſdem generis, cuius eſt principium, & id quod eſt poſt principiũ: ut Ver, Aeſtas, Autumnus, Hyems.

Calceum formari uideo: ſed huic pedi non congruentem. Verba tamen quam res in definitione longè ſunt obſcuriora.

Coniunctum ſeu conſequens eſt: quod ita eſt deinceps, ut attingat id quod proximè anteceſsit.

Malè connectit hæc definitio, deinceps & tangens. Nam quæ deinceps ſunt, nullo modo ſe tangunt: niſi nouum quoddam deinceps conſtituatur: quod poſtea diſtribuatur in conſequens, & continuum. Quæ tamen deinceps non erunt cùm ſe tangãt. *Continuum dicitur: quando extrema, quibus duæ res ſeſe attingunt, unum & idem ſunt.*

At mala eſt definitio: cùm continuum

per adhærens ſeu attingens definitur. Si enim res dicuntur ſeſe attingere: neutiquã ſunt dicendæ continuæ. Si continuæ, non dicuntur, tangentes aut coniunctæ.

Quare hæc uocabulorum Logica ſeu Grammatica explicatio: nec κατὰ παντὸς: nec καθ' αὑτὸ eſt.

IN CAPVT IIII. LIB. V.

OMnia quę hoc capite IIII in Ariſtotelis Phyſica continentur: quiſquilias motus appellabat Ramus: ſed imprudens. Non enim poterat uidere, ſcilicet, *maximum horum eſſe in alijs artibus uſum: & imprimis in medicina facienda.* Dolendum eſt: Ramum non fuiſſe tanto uiſus acumine præditum, ut hoc animaduerteret.

Æſculapi ſagaciſsime, ubi ſunt illæ medicorum diuiſiones in morborum indicationibus: quod morbus ſit unus, aut genere, aut ſpecie, aut ſimpliciter. Talia autem ſuorum ſcriptorum monumenta poſt ſe reliquit Ramus: ut non poſsit dubium eſſe, illum ſatis dilucidè perſpexiſſe, morbos inter alias diuiſiones diſtribui: in morbum unum & plures: Vnum appellari: qui in una, eademq; corporis parte conſideat: Multos dici: qui plures, uariasq; corporis partes oc-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tes occupant. Nullis tamen diligentiæ ſuæ laboribus perueſtigauit: morbum dici unum, numero, ſpecie, genere: quod tibi de motu ſomniaſti. Atqui hanc tamen diuiſionem poſtmodum condemnaſti: cùm etiã, perfectione, aliquid dicatur unum: Sicut etiam Imperfectione: Æqualitate: Inæqualitate. At ſi liceret dicere Epitomice quod ſentiam: non quiſquilias, ſed ineptas nugas hæc appellarem. Nam unum & ens, de omnibus rebus, quæ in Ariſtotelis categorijs ſunt, dicuntur. Vnum in alijs Ariſtotelis libris diuiditur, in unum per ſe & unum per accidens. In unum, genere, continuitate, numero: quanquam & hæc partitio nullius ſit põderis. Quicquid enim eſt: aut eſt generale, aut ſpeciale: tertia illa numeri differentia nulla eſt. Quod ſi παράδοξον tibi uideatur: lege quæ in libros Philoſophiæ: & in organon Ariſtotelis ſup hac diuiſione cõſcripſit Ramus: ut cõfeſtim haſce nugas indignas refutatione diſces.

IN CAPVT V. LIB. V.

POlypus eſt Epitomicus: ad Rami & Ariſtotelis uoluntatem ſuos mutans colores. Ariſtotelẽ cum Ramo propter allatas nugas corripit. *Breuitate enim meliore,*

quam factum eſt, motus poterat edoceri contrarietas. Quem accuſauit, ſtatim abſoluit: ex actore, procurator, aut iudex factus.

Aſtutum hominis ingenium & Sinonium, in utrunq; paratum. Nam in accuſando & defendendo Ariſtotelem, ſuam nobis commendat logicam Epitomicus: in qua uſitatiſsimus demóſtrationis modus eſt: *ex falſis ueritatem elicere.* Quòd mihi nimis conſtare, conqueror. Et illud ipſum eſt: quod uitio uerto Epitomico: qui contra ueritatem ipſam: & æquas artium conſtituendarum leges: hoc peccatum ſæpiſsimè cómittat. In mea Dialectica, nuſquam memini me legere, admiſſum, aut imperatum eſſe: ad unum partitionis mẽbrum, plurima è diametro opponenda falſa: ut illud quod uerũ ſit illuſtretur. Sed præcepta mea Dialecticæ quæ omnia ſunt κατὰ παντὸς: falſitaté in partitionibus, pluſquam odio Vatiniano perſequuntur, & deteſtantur.

Diuiſionis autem ſubtilitas, quam Lieblerus defendendam pro Ariſtotele ſuſcepit, hæc eſt: *Motus contrarij: ſunt, uel ex eodem in idem: uel ex contrarijs: uel in contraria: uel ex contrario ei, qui eſt in contrarium: uel ex contrario ei, qui eſt ex contrario in contrarium.* Hæc inquam eſt partitionis elegantia: in qua primũ deſideratur dichotomia: quæ partitionis abſolutam

lutam laudem ſibi ſola uindicat : à qua tribus membris hæc abeſt. Tum uerò in partitione opponuntur : quæ oppoſita non ſunt. Etenim, quod prorſus in hac ſophiſtica mirabile eſt : Duos oppoſitionum iſtarum modos, nullam oppoſitionem ipſemet Magiſter partitionis eſſe docet: quartum ex contrario in contrarium : ſecundũ ex contrarijs. Duobus hiſce improbatis, duos tandem modos approbat: tertium in contraria: quintum ex contrario in contrarium ei, qui eſt ex contrario, in cõtrarium: quos paulò pòſt, ait re eoſdem eſſe, nomine differre. Primus modus, neque improbatur cum quarto, & ſecundo: neque probatur cum quinto & tertio : ſed in hac copioſa partitione euaneſcit.

En igitur docte logice, partitionis modum, quem uobis eſſe uſitatum confiteris: eo te in tuis delitijs oblecta : tuamq; hanc partiendi rationẽ per me retineas : ut hinc laudem partiendi tibi quæras.

Lex κατὰ παντὸς nunquam uobis laudi ducet in partitione quinq; ſubornare membra: quorum duo nihil habeant oppoſitionis: duo in unum cõſentiant : quintum per imprudentiam pereat.

At repugnat Lieblerus, ſe immeritò accuſari, qui has ineptias à ſua epitomé exclu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ferat: ut crimen & infamiam euitaret. Cui repono, quod nihilominus hanc partiendi rationem tanquam legitimam defenderit. Sed eſto extra culpam Lieblere. Quod tamen de contrarijs motibus doces: non poteſt culpam effugere: *Quod motus contrarius ſit: qui eſt ex contrario in contrarium: ut ab* A *ad* B, *ei qui eſt, ex contrario in contrarium, ut à* B *ad* A. Quaſi uerò motus ſit in hoc ſenſili corpore, A, B: ubi eius contrarietas obſeruanda eſt: ubi magnis laboribus quærendum eſt: an motus idem corpus habeat contrarios: ſiue etiam in eo ſit motus unus, uel ſpecie, u l genere, uel numero. Hoc aũt ut eò commodius perficiatur: relicta Phyſica, ad Grámaticos, qui literarum cognitioni operam nauant, iter ſuſcipiendum eſt.

Pudet omnia cómemorare, quæ de hoc errore putido monenda erant. Quare ſupſedeo obijcere Epitomico: doctriná de cótrarijs, inuita lege καθ' αὑτὸ in Phyſica tradi.

IN CAPVT VI. LIB. V.

EX quiſquilijs motus, aliquid reliquũ eſt: quod obliuiſci piaculum uidetur: *Videlicet, motum motui contrarium ſimpliciter. Sed motum et quietem oppoſita quidam eſſe: nõ cõtraria.* Arguta contra Ciceronem, alioſq; purè loquen-

loquentes, de differentia inter contraria & oppoſita, ſubtilitas. Quæ enim dicunt con traria, ſi motus, & quies non ſunt cõtraria? Reſpondebis, credo, duæ qualitates inter ſe ſummè pugnãtes, &c. Atqui ſi ſolæ qualitates erunt contrariȩ, motus qui in quantitate fit, non erit alteri motui contrarius.

Sed, quamobrẽ motus quieti non eſt cõtrarius: cùm quies Ariſtoteli ſit priuatio motus: quam priuationem ſæpiſsimè motui contrariam poſuit? Verùm leuis hęc eſt tibi cum Ariſtotele pugna. Grauior tibi tecum erit contentio: qui in fine capitis ſecundi huius libri, de hac cõtrarietate non cogitans, quietem motui contrariam ſtatuiſti: Et proinde priuationem eius quod moueri poteſt.

Ita ſæpè cum tuo Magiſtro: ſæpius tecũ: ſæpiſsimè cum ueritate bellum & inimicitias exerces. Quas ἀντιλογίας ſi recenſere omnes aggrederer: uerba quam res me prius deficerent. Quocirca capita & ſummas earum ſolummodo nigra linea tranſpungo: ut meo exẽplo admonitus lector, qui hactenus tua autoritate deceptus eſt, impoſterum à tuis impoſturis ſibi cauendum, diſcat & recordetur.

SCHO-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

SCHOLARVM PHYSICARVM LIBER VI.

IN CAPVT I. LIB. VI.

SED tamen quis tandem erit tam fatuis ineptijs finis? Finem opto, quem uix ſperare audeo. Nihilominùs conſtanter auſcultabo: quomodo infinitum hîc ſuam potentiam declaret: in motus, per partes infinitas & indiuiduas diſtributione: contra Platonem, Socratem, Pythagoram, qui magnitudinem in partes finitas, diſtribui poſſe, ſuis diſcipulis falsò perſuaſerunt. Quia uerò grauis & ardua res in controuerſia eſt: nec cum inertibus athletis ſibi de ea luctandum uidit Epitomicus, cauſſam paulò altiùs repetendam duxit.

Primò omnium, inquit, *nullum motum eſſe compoſitum ex inſecabilibus.* Ad quam theſin probandam, inter quinque continuorum genera, lineam eligit: qua uniuerſalem theſin explicat: ut reliqua ad eius autoritatem ſe deinceps conforment.

Egregiè curris Epitomice: aut tibi uideris currere, ſed extra uiam: nullam enim a-

nalo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

nalogiam in Rami offendes Dialectica, quod tamen garris, in qua permittit, pro uniuerſali theſi ſpecialem probari. Nunquam aut ex Ramo, aut Ariſtotele conficies: quod de ſpecie concludis: id ſtatim de genere uerè dici: & κατὰ παντὸς. Quod itaq; argumẽtum proponis de linea, καθ᾽ ὅλου πρῶτον non eſt.

Agedum, uidebimus tamen quomodo probetur per lineam, nullum continuum eſſe compoſitum ex inſecabilibus.

Mittam proſyllogiſmum: *quod linea ſit continuum: punctum uerò finis lineæ: ac proinde indiuiduum.* Syllogiſmus eſt:

Si linea componeretur ex punctis, extrema punctorum eſſent unum. At punctorum extrema non ſunt unum. Quapropter ex punctis linea non eſt compoſita. Pergit in argumẽto Epitomicus:

Linea non eſt compoſita ex punctis: Ergo nullum continuum ex indiuiduis componitur.

Quantũ ad ſyllogiſmum ipſum attinet, peruenit hûc uſque, eius ſumma: puncta non eſſe ad unã lineam continua: nec conſtituere lineã. At neque Plato neq; Anaxagoras hoc ſenſiſſe uidentur. Quare ſi aduerſus eos quis rectè argumentari uellet, demonſtrare debuit, diuiduum ſeu magnitudinem diuiduam ex indiuiduis componi non poſſe. Verùm ab hac theſi generali ad ſpe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ad ſpecialem lineæ hypotheſin deſcendit Epitomicus. Neque tamen hanc concludit,ſed omiſſa lineæ quæſtione: concludit puncta non eſſe continua: nec ex punctis conſtitui lineam. Ita à continuo ad lineam: à linea ad punctum labitur demonſtratio.

Quòd autem ex hiſce infert Epitomicus: nullum continuum ex indiuiduis componi: more ſuo id facit: ferè dixiſſem facere ridiculè. Cùm neq; probatum ſit lineam ex diuiduis ſemper compoſitam eſſe: neq; ſi probatum eſſet, ſequeretur omne cõtinuũ eodem modo ſe habere. Promittitur itaq; aliquid præſtatur nihil. Etſi maximè aliqd præſtaretur: tamen nihil Phyſicum, de Phyſica magnitudine, Phyſicæ acroaſi homogeneum præſtaretur. Sed Geometricã magnitudinem quam Gemetræ infinitè diuiduam accipiunt: pro principio, ideoq; demonſtrabili, Epitomicus cum Ariſtotele, demonſtrare infeliciter aggreſſus eſt.

Tria autem ſunt, quæ in hac demonſtratione, à Ramo animaduerſa & refutata, indignè fert Epitomicus:

I. Quod Ramus temeraria quadam affirmatione, ex libri 5.cap.3. per definitionem continui, demonſtrationis Ariſtoteleæ, labefactare fundamentum conetur.

At illud conſutum mendacium (ne quid

grauius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

grauius dicam) & calumnia impudens eſt. Nullam enim facit huius definitionis mentionem. Nec quidẽ puncta in lineis ad hãc definitionem unquam continua eſſe cogitauit. Imò, quod plus eſt, conceſsit lineã, nec ex pũctis continuis, nec ex contiguis, nec deinceps poſitis, conſtare. Quid uis hac in parte petas. Noli tamen poſtulare quod in controuerſiam uenit: continuum ex indiuiduis conſtare non poſſe.

11. Non poteſt ſe continere Ramus quin Ariſtotelem moneat: ne in theſi generali demonſtranda ad hypotheſin dilabatur. Repræhenſio hæc Epitomico nullius ponderis uidetur: propter inſignem quandam explicationem: in qua tanquam ſimia proprijs pullis mirificè delectatur. Eius igitur uoluptati non intercedam: ſed delectetur, ſi uelit, ſuo fœtu in perpetuum. Me ſi uoluerit in aliquam partem huius uoluptatis allicere: prius edoctum reddat: qua licentia: quibus Dialecticorum priuilegijs conceſſum ſit, pro genere ſpeciẽ reponere. Ad Rami analogiam ſi confugit: imprudens ſe ipſum in pericula conijcit. Non enim attentè ſatis quid Ramus dixerit: aſſecutus eſt: aut per animi commotionẽ id non exputauit. Ramus enim ſuam analogiã in hac demonſtratione admiſſum iri pollicens: tam

impoſsibilẽ Epitomico, aut Ariſtoteli proponit conditionem: quam adimplere difficilius ſit, quàm cœlum digito attingere.

Inquit enim: Si demonſtretur impoſsibile eſſe ex indiuiſilibus conſtare lineam: demonſtratum unà eſto: nullum ex indiuiduis cõſtare continuum, analogiamq́; ſpeciei pro genere liberaliter accipiam. Aſſumo. Atqui nunquam demonſtrari poteſt, quin ex indiuiſibilibus conſtet linea. Quocirca nunquam conceſſero, ſpeciem loco generis ſubſtituere, licitum eſſe.

Iam intelligis, Epitomice: quomodo pro te faciat illa Rami analogia: quam eum ſæpiùs liberaliter admittere falsò es opinatus.

111 Quod cruciat Epitomicũ, eſt: quod non licuerit Ariſtoteli, demonſtraturo diuiduum ex indiuiduis componi non poſſe: demonſtrare eius loco lineam nõ componi ex punctis. Reſpondet Epitomicus, *Nihil intereſſe: quodcunque ſit illud indiuiduum: ex quo indiuiduum aliquod dicatur eſſe compoſitum.* Sed neq; hîc Epitomicus ſui ſimilis eſſe deſinit. Nam priora ſua dicta reponit: *licere pro quibuslibet partibus indiuiduis, ſumere puncta indiuidua. At ſi confirmatum fuerit puncta indiuidua non conſtituere lineam: lineam non eſſe conſtitutam ex partibus indiuiduis una ſit demonſtratum.* At

logi-

logice λογικώτατε, quis tecum contendit, lineam non conſtare ex illis punctis indiuiduis. Habebis, obtinebis, & cum gratia dabitur, lineam non conſtare, aut ex punctis continuis, aut contiguis, aut deinceps poſitis. Non tamen ideò ſequetur, lineam ex indiuiduis lineis non conſtare. Conatum tuum in demonſtrãdo magnum agnoſco, & ſtudium indefeſſum: iudicium, quod magis neceſſarium eſt, ualdè deſidero. Quod autem ad Hippocratis & Ciceronis autoritates attinet: & quo pacto pro te pugnẽt: paulò diligentiùs inſpiciendum mihi eſt: Et quid hi duo Philoſophiæ proceres cogitauerint ex locorum circumſtantijs delibandum mihi exiſtimo. Cupio enim, tua prouocatus admonitione, ab hiſce uiris, omnibus laudis generibus magnis, de hac re controuerſa, edoceri.

Hippocrates, cùm demõſtraturus eſſet elementorum numerum, hoc pacto argumentatur. Si homo eſt unum, neutiquã doleret. Quòd ſi doleret unum ſaltem neceſſarium eſſet medicamentum.

Rectè quidem ille & breuiſsimè totam rem de elementorum multitudine ſubducit. Nam ſi homo eſſet unum: id eſt, ex unico elemento conflatus: nõ eſſet in quo dolorem poſſet accipere. Quod ſi aliquo do-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

lore afficeretur:unica tantùm eſſet medendi ratio:nam ſua ipſius natura, internè pati deberet. Sic Hippocrates elemẽtorum uenatus eſt multitudinem.

Quomodo autẽ ex hoc Hippocratis decreto: infinitatis ſophiſma ſtabiliatur: ita uiuam, non poſſum olfacere. Nullam deſiderat hîc infinitatem: quàm procul ab elementorum numero abeſſe iubebit. Quæſo propterea, docte Epitomice: explica, unde commotus in hanc Hippocratis ſententiã euagatus ſis. Sermo erat, de linea: An in infinitum poſſet diuidi. Hippocrates docet unitatem non ſufficere elementorum numero. Hæc duo inter ſe cohærent minus: quã ex arena contorti, & colligati funiculi.

Atq; hoc pacto: nullum tibi auxilium ex Hippocrate ad tuã lineam ſperari poteſt. Ciceronis dictum, uidetur prima facie, magis tibi auxilio fore: ſed explicatum te in ſalebroſa hac uia deſeret.

Cicero cũ Torquato in Cumano, de Epicureorum dogmate diſſerens: initium collationis facit ab Epicuri atomis: quos tam ſplendidum hoc opificium temeraria quadam concurſione conſtituere, non poteſt credere. Ad hanc ſententiam ſtatim addit. Ne illud quidem Phyſici eſt credere, aliquid eſſe minimum.

Hinc

Hinc ne conficere Epitomicus poteſt: lineam in infinitum diuidi poſſe? Quia mundus non componitur ex atomis. Quia Phyſici non eſt, credere aliquid eſſe minimum.

Nihil habeo quod de Epitomico hîc dicam: niſi quod ſe ipſum alijs deridendum præbuerit. Nam conſideratum diligenti animo Ciceronis dictum: Epitomici doctrinam funditùs euertit. Cicero non uoluit docere in rebus Phyſicis infinita, & minutiſsima ſcrupula quærenda: ſed in ſenſibus de iudicio rerum Phyſicarum eſſe perſiſtendum. Et quicunq; ulterius, quã ſenſus uiam demonſtrauerint, in rebus naturalibus fuerit progreſſus: Ciceroni Phyſicus non erit. Quare Epitomicus ſe Ciceronis & Hippocratis teſtimonijs excuſando accuſat: & inſcitiæ arguit. Nunc in diſputationem de linea infinitè diuidua regrediamur.

Rameum itaq; argumentum firmiſsimũ & inuictum ita conſtruatur: Res ſenſilis eſt finitè diuidua. Magnitudo eſt res ſenſilis: Ergo magnitudo eſt finitè diuidua.

Propoſitio nõ eſt Ariſtotelis, ut temerè gloriatur Epitomicus. Quod enim in Phyſica tractatur, id etiã Ariſtotele teſte, Phyſicè, hoc eſt, ſenſibiliter & tangibiliter tractari debet. Si itaq; magnitudo à Phyſico uult

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

intelligi aut doceri: fiat id per ſenſus: nam eo pacto à Mathematico differt Phyſicus: quod hic mentis abſtractione: ille ſenſibus magnitudinem conſideret.

Lieblero ludus & iocus eſt hoc argumentum: in quo tamen ſeriò ſibi ludendũ exiſtimauit. Et quidem facto id declarauit: dum enim de ſolutione deſperare cœpit: callidè ludens rem ipſam prætermittit: & eius loco Ariſtotelis dictum quoddam à ſe melius intellectum, perorat & declamitat. Videlicet, *carnem diſſolui in 4. elementa, è quibus compoſita eſt.*

Reſpondendum & probandum erat, magnitudinem Phyſicam eſſe rem inſenſilem. Id negligitur. Reponitur pro eo: carnem in elementa diſſolui. Sic amphora cœpit inſtitui: currente rota: exit urceus. Sic Epitomicus de allijs interrogatus: de cæpis reſpondet.

Interea tamen Rami argumentum manet firmum: nam in ſolutione, ne unicum quidem uerbum, de magnitudine, de diuiſione magnitudinis, & ſit ne magnitudo ſenſilis, auditur.

Eſſet quidem occaſio, hîc inquirere: An res δυνάμει exiſtentes ſint Phyſicæ, ſed non eſt huius loci. Et de eo copioſè ſatis libro 1. actum eſt. Hoc tamen Ariſtoteleæ Phyſicæ con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

cæ conſentaneum eſt: Corpus Phyſicum eſſe mobile, ſenſile: reliqua quæ ſenſuum ſubterfugiunt iudicium, ſolaq; imaginatione percipiuntur, altioris eſſe Philoſophiæ. Nihilominùs Epitomice, quia uideris, Philoſophandi ſtudio prurire, te rogo: Sit ne magnitudo hæc, quæ tibi infinitè diuidua eſt, ſenſilis an intelligibilis? Reſpondebis: nolens uolẽs, in principio eam ſenſilem: ſed in fine diuiſionis fieri intelligibilem: plurimæ enim ſunt tibi res naturales: quæ ſenſus effugiunt.

Tibi hæc reſpondenti, repono tuum teſtimonium, non de magnitudine Mathematica ſeu intelligibili, hîc loquendũ: quia Phyſicus rerum ſenſibilium, planeq; tangibilium motus tractet: quas magnitudines ſenſibiles, Ariſtoteles 3. Phyſicorum finitè diuidendas probat: cùm habeant finem, ad quem cùm peruentum fuerit, perſiſtendum ſit.

En igitur Epitomice nouam tradis Phyſicam: magnitudine intelligibili & motu imaginario repletam. Sed fortaſsis magi cuiuſdam opera, haſce magnitudines animo conceptas, repræſentare cùm olim opus fuerit, in animo habes: ut nunc fiant ſenſiles: mox intelligibiles. Quid tum lex καθ' αὑτὸ? Nónne Phyſica Phyſicè: Geome-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

trica Geometricè doceri iubebit.

Reliquas huius capitis quiſquilias : de illa conſequentia inter magnitudinem, motum, tempus, relinquo Epitomico: ac repetitione didignor : cùm iam ſæpiſsimè eadem cantata cantilena ſit, quæ uix, ac ne uix quidem auribus placere, ſemel audita, potuit.

IN CAPVT II. LIB. VI.

AMpliùs ſe iam extendit, infinitum, ſobolesq; procreat: aut quas imperfectè anteà perduxerat, lambit & perficit. Hinc igitur temporis infinitæ diuiſiones, cum magnitudine analogæ, prodeunt: *Vt ſi magnitudo ſit infinitè diuidua: tempus ſimiliter infinitè erit diuiduum.* In qua propoſitione demonſtranda, egregia corpora naturalia, *celeritas & tarditas* adferuntur.

At acutiſsime logice: & doctiſsime Phyſice. Quare ſi magnitudo ſit infinitè diuidua : tempus eſt infinitè diuiduum magis, quàm calor aut color, ſiue alia res numerata? Cauſſa ſectionis, quæ à magnitudine in rebus ineſt: nō magis de tempore quàm de calore, aut colore reciprocatur : quę etiam in magnitudine inhærent. Profectò hę ſunt nugæ omnium nugaciſsimę: & propter repeti-

petitionem frequentem ingratæ. Falſitatis etiam nomen & naturam, ex falſa temporis definitione contraxerunt, quòd menſura temporis pro tempore ipſo ſit accepta. Tempus aũt cum ſit res logica ineptè cum magnitudine Geometrica comparatur.

Demõſtratio quoq; ipſa adeò eſt riſu digna, ut de ea dicere pudeat. Sic enim concludis. *Quolibet tempore poteſt aliquid celerius & tardius moueri. Ergo Tempus & Longitudo ſemper ſunt diuidua.*

At huius demonſtrationis nulla uis eſt, connexio nulla. Quia argumentum quod terminos connecteret non animaduertenti perijt, aut neglectum eſt.

Caput reliquum in Zenonem impetum facit: qui eò erroris prolapſus tibi uidetur, ut magnitudinem infinitè diuiduam: tempore finito nõ poſſe moueri arbitratus ſit. Erroris illi ſcrupulus fuit: quod non animaduertit infinitum duobus modis accipi. Cauſſa extremitatum & diuiſionis.

Sed age Epitomice ego unâ hęreo in tua hac arguta Phyſica: Non enim in hanc tuæ reciprocationis ſententiam aſcendere præ ingenij tenuitate poſſum. *Magnitudo* (inqs) *quæ utrinq; terminis infinita eſt, finito tempore non mouetur. At ea, quæ definitè diuidua eſt: finito tempore mouetur.*

Quid autem hîc dicas non aſſequor. Magnitudinem fateris terminis eſſe infinitã. Magnitudinem fateris diuiſione eſſe infinitam. Sic magnitudo aliam adhûc adepta eſt infinitatem.

Nec tamen, ſi emendicaret adhuc decem alias, intelligerẽ quomodo diuiſio illa infinita fieret tempore finito. Exemplum Phyſicum quo declarari id oportuit, nõ tibi uenire in mentem potuit.

Sed quæſo Lector beneuole interroga Lieblerum de hac reciprocatione: Quomodo magnitudinem uelit infinitam eſſe? Reſpondebit ut lib. 3. cap. 6. diuiſione eam eſſe infinitam. De tempore interrogatus idẽ reſpondebit. At illud falſum eſt ad idem caput libri 3. Infinitas enim in tempore & numeris, in additione poſita erat, non in diuiſione. Vt enim in magnitudinis (inqt cap. citato.) diuiſione ad finem nunquam peruenitur: ſic in particulis temporis addẽdis finem nunquam ſperare licet.

Hæc cùm ita ſe habeant nequaquam imperitè poſthac fallamur: Tempus à magnitudine accipere infinitatem additionis: cùm magnitudo additione finita, maxima dari poſsit. Tanta igitur contra bonas leges, abſurdæ illius & falſæ reciprocationis, ſæpiſsimè per totam Epitomen,

itera-

iteratæ, abſurditas eſt, atque falſitas.

IN CAPVT III. LIB. VI.

DVm hoc pacto in perficiendo fœtu ſuo laborauit Epitomicus, leuiſsimam arripuit occaſionem, ex priori de tẽporediſputatiõe, de uocabulo NVNC, ut integrum caput conſcriberet: ſperans ſe apud Geometras, eorũ placita confirmando, gratiam magnam initurum. Spe tamen decidit: nolunt enim Geometræ ſuæ præcepta artis in Phyſicam trãsferri: ne aliqua laudis particula diminuantur. Audiatur tamen hic nouæ gratiæ aucupator. *Quamuis* (incipit) *tempus præteritũ, finitur in aliquo inſtante, ſeu indiuiduo: Futurum ſimiliter incipit, in aliquo inſtante: tamen præſens & futurum uno nunc copulantur, quod reipſa unũ, idemq; eſt, rationibus tamen geminum.*

At hęc explicatio non adeò perfecta eſt, ut, quod illa Nunc coniuncta tempus faciant, exponat. Accepi autem ex præcedentibus: Nunc neq; continua, neq; contigua, neq; deinceps poſita, tempus quod continuum tibi eſt, conficere: nam nullum continuum ex indiuiſibilibus conſtat. Quare ſi iam perſuadere uolueris, ex Nunc duobus aut pluribus componi tempus; & ex indi-

uiduis componi continuum: excogitanda tibi firmior ratio eſt: qua id fiat. Aliâs hæc tua explicatio nihil aliud, quàm contra huius libri caput 1. accuſationem iuſtam & ueram continebit.

Simile & illud πόρισμα eſt, quod ex hac explicatione extruitur: *Nihil in indiuiduo temporis ſpacio moueri, aut quieſcere.* Quod ſi uerum eſt, rerum naturalium motus, in diſcrimen uenit: cum tempore, in quo moueri debet, ſpolietur. Tempus enim præſens, præteritum & futurum: nihil aliud eſt, quàm nunc præſens, præteritum & futurum. Et quod in tempore moueri debet: id mouebitur, in nunc præſenti, aut præterito, aut futuro: niſi omninò motum deponere uoluerit. Hoc, ſapientiæ Phyſicæ, in ſchola qua edoctus eſt Epitomicus, ἄπιστον eſt: ſed rerum naturam nihil offendit. Lux enim Solis ſupra horizontem, momento omnibus illuceſcit, & apparet: quam lucem ſine motu ad nos peruenire, propria ſua autoritate fretus, proclamat Epitomicus. Cuius tamen autoritatem & in diſputando faſtũ, ſolo riſu excipio & ulciſcor. Rationibus deſtitutas autoritates, à noſtra diſputatione procul amando. Imprimis autem, ſi contra legem κατὰ παντὸς falſi quicquam dixerint.

IN

IN CAPVT IIII. LIB. VI.

FOrtunata eſt magnitudinis familia: quæ tot annos durauit, ut etiam nepotes florentes conſpexerit. Magnitudo genuit continuitatem temporis: tempus motus continuitatem. Cum prioribus deceptus exiſtimauerim, tempus à motu, cuius menſura eſt, non ſolùm continuitatē, ſed ipſam ſubſiſtentiam accepiſſe. Quãuis autem hæc ita inter ſe pugnare uidentur: tamen reipſa nō pugnant. Quia Ariſtoteli & Epitomico non uiſa ſunt diſſentire. Nec etiam hæc iterata ſæpiùs tautologiam pariunt: tua enim, lector optime, de cauſſa repetitio hæc inſtituta eſt: ne res tam ſacra, de infinita continui diuiſione, animo tuo efflueret. Orator itaq; ſis ei apud legem καθʼ ὅλου πρῶτον, ne hanc repetitionē moleſtè ferat.

IN CAPVT V. LIB. VI.

SIc initium infinitatis motus fuit cap. 4. continuatur iam capite 5. Sed prius monendũ fuit, *motum uerſari quidem inter duos terminos, ſed in ſolo termino ad quem conſiſtere.*

At παράδοξον, hoc eſt, ad initium 4. cap. huius libri: in quo diſputat Ariſtoteles, id qđ

muta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

mutatur in neutro terminorum eſſe, neque in utroq;, ſed partim in uno, partim in altero. Eſt etiam aliud quod hîc repræhendendum eſt: propoſitionem uidelicet non eſſe κατὰ παντὸς, aut de omnibus motibus ueram. Siquidem generatio eſt motus à non ente: Corruptio motus ad non ens. Cùm itaque corruptionis terminus non exiſtat: non poteſt in eo poni motus.

Hæc, cùm ita docuit Epitomicus, quæſtionem ſubiungit de primo mutato, *quod in puncto temporis indiuiduo ineſt. Nam ſi diuiduum ponatur: hypotheſi repugnatur.* Obſcura ſunt hæc, ſubſiſtendũ donec ea Epitomicus explicet.

Mutatum primum dupliciter accipitur: nam & id in quo res mutari deſinit, & id in quo incipit mutari, primum mutatum appellatur. Poſtremum mutatum eſt, primum mutatum nullum.

Obſcura fuit quæſtio de primo mutato: magis obſcura eſt explicatio, & prorſus nulla. Fallit autem ſeipſum Epitomicus, & deinde plurimos alios. Nam pollicetur aliquam explicationem, ſed præter anilia fatuitatis infinitæ ſophiſmata nugatur nihil.

Primum mutatum (inquit) duplex eſt: Primum mutatum nullum eſt: ſed poſtremum mutatum.

At bone Phyſice, quid de primo mutato quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

quod nihil eſt diſputas? Quid illud duplex facis?

Quid autem hîc infertur? Id nempe. *Non eſſe temporis* NVNC *primum, quo aliquid incipiens mutari primò ſit mutatum.* Hîc conijcienda nobis aliqua ſententia eſt: nam uerba nullum ſenſum ſignificant: aut, quid uellent explicare non potuerunt. Suſpicor itaq; Epitomicum uelle indicare: quod in tempore & motu non ſit principium: ſed ſolus finis.

Proh Deum atq; hominum fidem. Quorſum peregrinata noſtri Phyſici memoria, qui hactenus propter diuiſionem infinitã, finem in rebus naturalibus nullum inuenire potuit? Id oblitus eſt, ſeu etiã uolens alta mente id reſeruauit: ut ijſdem initium tribueret, quo cõmodius infinitate nobilitarentur. Sed neq; id ſibi propoſitum habet: quia infinitas, quam à diuiſione acceperũt, illis adimitur: finẽ enim mutationis & poſtremum mutatũ habent: nec ſunt, ut prius infinitæ. Nihil tamen eſt, quod id ægre ferant res naturales. Dum enim finis & poſtremi mutati infinitate ſpoliantur: initij infinitatem recipiunt: quia primum mutatum in ijs nullum eſt: nec motus aut temporis punctum primum. Quis quæſo hæc lecturus non admirabitur noſtri Phyſici felicitatem: Qui propter diſputationis acumen,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

men, ſe ab ęterno fuiſſe comprobauit? Nec in ſcribenda hac Epitome initium temporis, aut actionis habuiſſe? Nunc enim temporis primum, quo aliquid mutari incipiat, nullum eſt.

Hęc cùm uideret Lieblerus à Ramo obiecta Ariſtoteli: fatetur cõtra Magiſtri mentem, & contra præcedentia omnia: *Cœli conuerſionem ſolam eſſe infinitam. Reliquos motus omnes initio, & fine cõcludi. Sed initium illud propriè non poſſe dici mutatum, cùm omne mutatum anteceſſerit motus. Sed finem mutatum propriè dici: quia ſequitur motum.* Non poſſum non hominis os, & impudentiam admirari: qui literam Ariſtotelis de ſola conuerſione cœleſti accipiendam, dicere ſuſtinuit. Cùm non minùs Ariſtoteles in alijs motibus, quã in cœleſti ſuam æternitatem cogitet. Quod ſi inficiatur Epitomicus: plurima de generatione rerum, alijsq; motibus dicta cõgerenda mihi ſunt: ex quibus depræhendetur, quã hîc fuerit in defendendis nugis temerarius. Et quid magis abſurdi ſequitur, ſi initium rei mutatæ, ut finis ſtatuatur. Si motus dicatur initium rei præceſsiſſe. Nihil habes quod dicere potes Epitomice. Id omnes in Phyſica abſurdum dixerint, finem rei primò mutari, & primũ mutatũ uocari: cũ lõgè priꝰ initiũ & medium ſint mutata.

Hanc

Hanc igitur inconſtantiam aut fraudem amplius tolerare non poſſum. Initium motus, & temporis poſuit Epitomicus, nempè terminum à quo: eum continuò ſuſtulit. In omni motu affirmauit aliquid eſſe primũ: idem negauit. Primum mutatum duplex conſtruebat: mox pœnitẽtia motus, recantat, primum mutatum nullum eſſe: ſed poſtremum mutatum. Talia autem mihi cogitanti, & animo uolutanti, non poteſt non animus obſtupeſcere. Subit etiam admirari hominis ingenium in nugis cumulandis occupatiſsimum, & attentiſsimũ: in legibus Magiſtri ſeruandis, neq; Philoſophum, neq; Dialecticum.

IN CAPVT VI. LIB. VI.

PErgit in ſua infinitate Epitomicus. Nihil eſſe in tempore primũ docuit cap. proximè præcedenti: *Nihil mutari in tempore primum* hoc capite repetit: *hoc eſt, non poteſt dici primum tempus, in quo aliquid mutetur, quia id ſemper poteſt diuidi, ita ut ad primum, in quo moueatur ratione alterius perueniri nunquam poßit. Vnde conſequitur omne quod mouetur prius, eſſe motum, nullumq; poſſe dari primum in motu, quod non præceſſerit alius motus.* Proh Iuppiter, quouſque nos inſani ſophiſmatis infinitas pun-

O gat?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

gat? Vereor ut finis ſit unquã futurus. Nam Ariſtoteli non ſatis eſt,ut infinitas tantùm, ad magnitudinem,tempus,motum,mobile referatur : ſed ad quælibet etiam non continua traducitur. Ergo etiam omnes qualitates & accidentia æterna ſunt.

O' felicitas,magnitudinis,temporis motus,&c. & imprimis naturæ,quæ talẽ produxit Philoſophum,cuius auxilio facta eſt ipſamet æterna & infinita.

Ad hæc allatrat Epitomicus, *non ſequi ex infinitate æternitatem rerum aut mundi,ſed naturam motus explicari, qui terminis utrinq; concluſus finitur, ſuo tamen modo infinitus eſt,ut primus dari nequeat.* At adoleſcentes ingenui, per fidem ueſtram,& libertatem Philoſophicam,diligenter animum,ad hæc mecum aduertite. An audebit quiſquam ſine pudore,ſine impudentiæ manifeſta profeſsione, in ſcholas ſtultitiam iſtam pro ſapientia inducere:aut introductam defendere? Quomodo autem hæc fœda antiphaſis aciem Liebleri effugit? *In tempore non poteſt dari primum tempus.* *Non poteſt dari primum in motu.* Et hæc contraria : *Motus terminis utrinq; finitus concluditur. Sic & hæc: Motus eſt terminis finitus. Motus eſt quodammodo infinitus.* Credo tamen ignorari modum.

Motus eſt infinitus. Quare inquam. Reſpon-

debit:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

debit: *quia non poteſt dari primus: quem non præceſsit alius.* Atqui illud non eſt hactenus probatũ. Rami nodi, quos ex hac falſa propoſitione legauit, non ſunt ſoluti. Scripturæ ſacræ autoritas, quæ hinc offenſa eſt, nondum eſt placata. Et neſcio, quid hiſce ineptijs ſe contrarium non comparauerit.

IN CAPVT VII. LIB. VI.

VT cuculus: ſic Lieblerus ſemper nobis eandem cantilenam occinit. Res naturales certis & ſtatutis finib. moueri: ſexcẽties repetitum audiui: quamuis ad infinitatem: magnitudinis motus, temporis, abſurdum ſit. Omnis enim finis: ijs fuit ademptus.

Neq; hæc ſola eſt repetitio: ſed referũtur etiam & ſuggerũtur plurima capita, de cognatione inter motum, magnitudinem, tẽpus. Quod tñ Epitomicus defendit non eſſe τωὐτολογεῖν: nec putidam eſſe hîc aut odioſam repetitionem: *Quia illa quæ de magnitudine dicta ſunt: per hypotheſes nunc ad motum referuntur.* Audio ſæpiſsimè in ſolutionibus, uocabulum hypotheſeωs: ſed quamobrẽ huc adferatur: non uideo. Fortaſsis nos turbare uult Epitomicus: ne ad uocabulum tam elegans hiſcere audeamus. Quæro tamẽ ex

Epitomico an'ne cognatio illa inter magni tudinem & motum ſæpiſsimè tractata ſit, & quidem iiſdem ferè uerbis quib. hoc loco proponitur? Noli negare, niſi te ipſum omni memoria deſtitutum prodere uolueris. Si autem negaueris, ego probabo hanc repetitionem ſæpiſsimè factam. Capite huius lib. 1. ſcribitur. Quòd magnitudo Phyſica ſit infinitè diuidua, quia continua eſt: & eodem modo tempus & motus propter magnitudinem: nam cuilibet parti magnitudinis quæ mouetur, reſpondet ſua pars motus, quam pars aliqua temporis metit.

An'ne hîc ſatis apertè & diligenter, cognatio temporis, motus, magnitudinis eſſet expoſita: niſi capite 7. repeteretur? Idem eſt capite 2. toto ſparſum: quod caput præcipuè huic cognationi deſtinatum & decretum eſt. Caput 4. idem habet quamuis obſcurius. Et alibi. Quod niſi eſt, ταυτολογίαν ἄλογον, putidam & odioſam committere, nõ uideo quid ſit ταυτολογεῖν. Quare Phyſice peritiſsime, niſi in hiſce nugis circumlandis finem feceris: Equidem, earum pertæſus refutandi finem faciam: Ne & ipſe odio dignus uidear, & futilitatis maculam concipiam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

IN CAPVT VIII. LIB. VI.

POſt haſce fabulas: Grammaticorum ingreditur ſcholam Epitomicus, & uocabulorum ſignificata explicat. *Eſt enim ἠρέμισις motus ad quietem, & quieſcentia ἠρεμία ipſe ſtatus & quies.* Quam uocabulorum interpretationem non exquiſitè aſſecutus eſt Henricus Stephanus in ſuo Theſauro: qui ἠρέμησιν ipſam quieſcendi actionem ſignificare annotauit. Error fortaſsis illi accidit, quod nomen hoc uerbale à præterito deductum per H configurauit: cùm Epitomicus idem per I conſignârit. Sed illa Grammatica omittantur: ἠρέμησις itaq; ſiue per H, ſiue per I, ſcribatur, quieſcentiam, ſeu motum ſignificabit: & nihil erit aliud quam ipſe motus. Cur igitur iam denuò clamas de motu, hoc eſt, quieſcentia dicendum? An'ne antehac de motu nihil audiuimus? Profectò tuum motum non ſine ſudore ſatis acriter defendiſti. Noli mi Lieblere tua infinitate nos acriùs urgere. Credamus, motum, tempus, magnitudinem, & omnia non continua eſſe infinita. Quies etiam ſit infinita, nec habeat quieſcendi principium, ſed ab æterno quieſcat. Volo omnia credere, modò tu potens es, ſemel & conſtanter dicere, quid ue-

lis ut credam. Vis, quietem eſſe ſiue principio & ab æterno? Credam quamuis falſum eſt: faciam tamẽ ut dimittar. Sin autem hoc diſplicet, magisq; delectat, quòd in præcedenti capite ponitur, res naturales interdũ quieſcere, interdum moueri: id quoq; credam & facilius: me tantum ab hiſce nugis exſolue: iam enim impatientia graui laborare incipio.

Sed quid hoc eſt, quod negas te dixiſſe, *Quieſcentiam & motum non habere principium?* Dictúmne hoc eſt à te, & à tuo Magiſtro Ariſtotele? Profectò Lieblere, doleo tuam uicem, qui ita occœcatus es, ut nihil uideas: aut ita memoria priuatus, ut nihil recorderis. Mitto omnia, quæ ex præcedentibus in hanc ſententiam adferri poterant: ſunt enim plurima. Vnicum ex hoc capite locum adducam: quod tui te morbi conuincat: *Motus* (inquis) *& quies ſunt in tempore, cuius nullum eſt principium. Et quemadmodum in motu nullum eſt primum: ita hoc ipſum de quiete affirmamus.* Idem dixit Ariſtoteles, apertè adeò, ut nihil poſsit clarius dici: οὔτε γὰρ τοῦ κινεῖσθαι, οὔτε ἱστᾶσθαι ἐστί τι πρῶτον. Qua itaq; fronte id negabis? ô frons, ô pudor, ô Philoſophũ immemorem & ſui diſsimillimũ. Certum itaq; eſt, Ariſtotelem initium motus & quietis nullum agnouiſſe: omnia infinita ſtatuiſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tuiſſe: ne ſuo infinito ſpoliaretur. Quod ſuum infinitum per me facilè retineat tam Ariſtoteles, quàm eius ſeruus Epitomicus.

Nec etiam uolo rerum minutiſsimarũ, in me commodum claudier: Potiùs hortor, ut ad hunc largitorem & diſpenſatorem infinitatis: identidem ſe cõferant: quò infinitatis huius participes imprimis fiãt.

IN CAPVT IX. LIB. VI.

SEd quamuis Epitomicus, quæ uoluit, obtinuit: non tamen potuit ab infinitate abduci: quin reliquias quaſdam à Zenone emendicaret. Inſtituit itaq; contra Zenonem diſputationẽ, quod omnes motus ſuſtuliſſet. Sed talis diſputatio, non eſt καθ' αὑτό. Conſtat enim ſatis manifeſtè eſſe motum: ut cœcus uideatur de colore iudicare, ſi uel cogitetur, nedũ affirmetur motum non eſſe. Nec καθ' ὅλου πρῶτον eſt, quæſtionem an ſit: in fine diſputationum collocare. Inſania ſiquidem eſt, de re diſputationes prolixas, & moleſtas ſuſcipere: de qua dubij ſumus an exiſtat. Diogenes prudentior fuit: qui, cùm audiret in diſputationẽ ueniſſe quæſtionem, an ſit motus: reſponſo eam dedignabatur: & ſurgens ac ambulans, hominum ſuper hac quæſtione ſtoli-

ditatem perſtrinxit. Quid faceret: ſi in hanc epitomen incideret, in qua nulla pagina à talibus quæſtiouibus uacua eſt.

IN CAPVT X. LIB. VI.

NOn fert ullo pacto Epitomicus, ſibi in colligendis nugis, & reliquijs motus palmam eripi: ſed pergit docendo: *nullum indiuiduum per ſe moueri. Nam ſi moueretur, uel in eo eſſet unde moueri incipit, uel in eo ad quod: utrobiq; autem non mouetur, ſed quieſcit: uel partim in hoc, partim in illo: atq; tum indiuiduum diuideretur.*

Hæc, contra indiuiduarum rerum motũ, lucta eſt: ubi tamen immemor eſt Epitomicus, ſe poſuiſſe motum antea in termino ad quẽ: quem ſi occupare uoluerint indiuidua quieſcent. Atqui Epitomice conſidera mentem ſuos habere motus: & ſpiritus etiam moueri, quamuis ſunt indiuidui.

Video te confugiturum ad tuas ſubtilitates, *quod mens, & ſpiritus non hoc pacto indiuidui ſint quo atomi*. Quid tum poſtea? Propoſitio ipſa Ariſtotelis eſt κατὰ παντὸς, quod partibus uacat moueri, nõ poſſe: Nec atomi ſunt tanquam regula in rebus indiuiduis poſiti: ut ſi illi immobiles perſiſterent, nullum indiuiduum mobile foret.

Verùm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Verùm ſi de ſolis atomis hîc agas Epitomice: Democrito quidem quod ſubſiſtant: Tibi uerò quod in ſummo immobilitatis ſolio collocentur gratiam referent. Sic inter Democritum & Epitomicũ de atomis promouendis conuenit: Ramo reconciliari nullo pacto poteſt: quod mentem indiuiduam, attamen mobilem non ſatis attentè dixerat: Et deinceps in Phyſicam introduxerat, Spiritus, Angelos, Metalla, Mineralia, &c. Si autem Ramus, in conſilium adhibuiſſet Lieblerum, nihil præter imaginariã materiam & formam: Naturã ſub ijs latentem: Cauſſas logicas: Temporis mẽſuram: Loci proprietatem: Infinitum, &c. pro rebus Phyſicis uſurpaſſet. Id ſi perpendiſſet Ramus ſibi faciendum: non tã acerbè à ſeruis Ariſtotelis uexaretur: tanquam Philoſophus rudis, indoctus, nihil intelligens. Sed Ariſtotelis diſcipulus gratiſsimus ſalutaretur: qui Magiſtrum tanquam Deum Phyſicum adoraret, ſuſpiceret, honoraret.

Hæc mihi cogitanti, & in Rami ſcholis hærenti, offertur locus ex quo perſpicio ſummam eſſe inter Ramum & Ariſtotelem factam reconciliationem: Vt Ramus in Ariſtotelis laudes totus diffluat: eiq́; ingentes repurgatæ Phyſicæ, gratias referat.

Poſtquam id in Ariſtotele depræhendi,

ad Epitomicum rectà me confero, ubi etiã inſignem offendo priorũ nugarum emendationem. Quare commotus, non minores, quàm Ramus Ariſtoteli, ego Epitomico ago & refero gratias. Ac ſi iuuenes cordati, meas preces aliquid ponderis habere permiſerint: ut ad hanc gratiæ referendæ pompam, præſentes benignè adſint, rogo: audituri tam inſulſam infinitatem, motus, magnitudinis, temporis, audacter tot anteà capitibus criſtas erigentem, proſterni & confodi. Poſtea ſi interrogentur: utrum motus ſit infinitus, mobile infinitum, ſtatus infinitus, quies infinita, &c. cùm Ariſtoteli, & Epitomico Georgio Lieblero ita uiſum ſit? In numerato quod reſpondebunt, erit: neutiquam hoſce Phyſicos id uoluiſſe: ſed quia Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι, ex ultima eorum ſententia reſpondendũ: *Omnem motũ intra duos terminos conſiſtere.* Quare neq; motus, neq; mobilis, neq; temporis, neq; quietis eſſe infinitatem: *cùm in omnibus continuis res ſe eodem modo habeat.* Summamq́; ſexti libri uanitatem, animi, & e- exercitij cauſſa diſputatam deridendã eſſe. Nihilominùs reſpicit Epitomicus ad quãdam infinitatem ratione temporis: quam ueretur tamen rebus tribuere: ne contra ſacras literas æternitatem mundi ſtatuat.

Atq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Atq; ſic, quod omnes in uotis habuimus nugarum de infinitate finis erit. Et quamuis non fuit meum officium, adeò diu in illis perſeuerare: tamen quia in libro docebantur quem tractamus, & quod dolendum eſt, creduntur, refutanda ea ſumpſi, leuitatem, & alia peccata interea admiſſa deprecans. Veritus enim ſum, ne ſi Lieblero haſce nugas non refutatas reliquiſſem, uictoriæ partæ de me triumphum celebraret. In qua tamen uictoriæ palma, nihil illi per me detractum fuerit. Deum teſtor, me nihil magis: quàm communem utilitatem in hiſce ſcholis ſpectare.

SCHOLARVM PHYSICARVM LIBER VII.

IN CAPVT I. LIB. VII.

TANDEM igit̃ Ramus συμμαχίᾳ Ariſtotelis uſus, & ego Epitomici, infinitatis monſtrũ, quo cũ graue & ingẽs bellũ geſſimus, cõfecimus. Sed anteq̃ occubuit, uictorẽ infinitis uexauit modis: teque beneuole lector, ſimiliter cruciaſſet, niſi Ariſtoteles meliorem nactus mẽtem, ueriorem in extremo ſexto ſentẽtiam fuiſſet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

amplexus,& ueluti Cygneam cantionem ceciniſſet. Nunc tamen ualdè, uehemẽterq́; animaduertendum & cauẽdum eſt, ne duo libri reliqui, ἀναζωτικῷ aliquo pharmaco hãc hydram in uitam reuocent. Suſpicio, de illis, eſt: & imprimis de ſeptimo qui ab interpretibus, ſpurius & illegitimè inter Ariſtotelis libros relatus iudicatur. Eudemus q̃dam, ut referunt interpretes, cùm ad hunc ſeptimum perueniſſet, poſthabito & ſpreto eo, ad 8. rectâ ſe recepit. Quid igitur ego conſilij capiam? Pergámne tot nugas, tam ſophiſticas, tamq́; lectu audituq́; indignas perſequi? An uerò parte operis ampliore diſceptata: reliquum auditori per ſe conſiderandum, & ex analogia præcedentium iudicandum relinquam? Non Herclè faciam. Sed modus potius quærẽdus eſt, ut omnia breuius & ſuccinctius cõplectamur. Cùm enim in prioribus tot quiſquilias omnium generum nugarum compilauerit Ariſtoteles, & eum imitatus Epitomicus: Non uideo ſi priores libri omnes Ariſtoteli tribuantur: Quamobrem & Septimus illi tribui non poſsit.

Agite igitur ſubducamus capita: & Epitomicum docentem attentè auſcultemus. Quia (inquit) *de motu, & mobili hactenus dictum eſt: conſequens eſt, ut de mouente aliquid dicatur. Pri*

moq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

moq; omnium docendum eſt:Nullum eſſe, quod à ſeſe primò moueri poßit.Nam nec alteratur,nec augetur: à ſemetipſo quidquam: In reliquis autem motibus: id per ſe euidens eſt.

Atq; hic eſt pons ille præcipitij, per quẽ Ramo non patebat aditus. Hæc myſteria, ſolis in Ariſtotelea Philoſophia initiatis, aſpicienda.

Quamobrem autem hęc, ingenium Rami acutiſsimum effugiebant? Ratio nulla apparet. Reſpondebis, opinor. Quia tibi ita dicere placuerit: & quia is Ariſtoteli omnium Philoſophorum Homero, ſe opponere non dubitârit. At certè ideò dixerim illum Ariſtotelem penitùs intellexiſſe: neq; imponi ſibi eius autoritate paſſum eſſe. Intellexit itaq; Ramus omnium optimè Ariſtotelem: & intellectas ex ordine nugas repræhendit. Sicut hoc loco eum diſputantem: omnia moueri ab alio: inceſsit. Quod id κατὰ παντὸς non ſit: cùm forma, quæ eſt ipſius compoſiti pars præſtantior, non ſolùm materiam in re cōpoſita moueat: ſed totum compoſitum, hoc eſt, materiam & ſemetipſam.

Quod igitur Ramo inſcitiæ obieciſti Epitomice, ei tu es obnoxius: nec eum de materia, forma, partibus compoſiti dicentem intelligere potuiſti: ſed aut imprudẽs

ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ad tuam materiam imaginariam declinaſti: aut etiam ut euaderes, te clàm ſubduxiſti. Quod autem de anima mones, eius motum non eſſe talem, quali motu naturalia corpora moueãtur: uerè mones, ſi priùs priuilegium tuũ, quo tibi motum pro tua libidine permutare conceſſum ſit, legendum exhibueris. Præter teſtimonium Ariſtotelis, experientia clariſsimè euincit, animam non ſolum corpus, ſed etiam ſeipſam mouere. An uerò moueatur, motu rebus naturalibus tua opera conformato, ſine tua uenia non aſtruo. Tuum eſt communicare eum, cui libet, & eum, cui uis, adimere. Nihilominùs certiſsimum eſt, animã multis modis moueri. Sed quia fidem dedi, breuitatis me habiturum rationem, pergo: uel propero potiùs: cruciatus enim eſt, hæc audire, & legere: *In mouentibus & mobilibus, neceſſariò eſt aliquis primus motus. Cùm enim omne corpus ab alio moueatur, atque hoc rurſum ab alio, ſeries hæc in infinitum progredietur, niſi in aliquo motore immobili & incorporeo cõſiſtat.* Demonſtratio lubrica & ſubdola: cum enim demonſtrandum foret uniuerſaliter in omnibus mouentibus & mobilibus eſſe motorem primum immobilem: demonſtratio per corpora, quæ mouentur, inſtituitur; ueluti nihil moueret, aut mouere-

tur,

tur, niſi id ipſum ſit corpore donatum.

Deſidero etiam in Epitomico: quod non palã profeſſus ſit, quid ſibi uelit, per primũ motorem: Deúmne, an primum mobile, ſeu ſupremum cœlum?

Verùm, quia hæc Phyſica copioſior erit lib. VIII. cap. III. tantiſper differatur, donec illud caput nobis expendendum ſit.

Hoc loco ſaltem noſtram gratitudinem erga Epitomicum declarabimus: quẽ non puduerit, falſam, & ineptam doctrinam, de motus infinitate, refellere. Si enim primus inuenitur motor, primus inueniri ſimiliter poteſt motus, ut eius æternitas & infinitas, nihil poſthac nobis faceſſat negotij, ſed à Phyſica procul amandetur.

IN CAPVT II. LIB. VII.

AD hanc theſin de motu, aſſuitur alia; *inter mouẽs & motũ nihil interuenire*: quæ inductione confirmatur: à qua inductione generatio & corruptio quia motus non ſunt, miſerè excluduntur. Simplicius in hac theſi ſummoperè ſe torquet: affirmat tamen nullam prius eius mentionem eſſe factam: ſed præcedenti capite de mobilibus, & mouentibus tantum corporeis actum: ideoq; pronunciaſſe Ariſtotelem, id quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

quod ab ijs mouetur, continuum aut contiguum neceſſariò illis eſſe. Nunc autem de mouētibus in uniuerſum agere: ſeu corporea, ſeu incorporea ratione moueant. Nam ea quæ à principio interno mouent: & quorum mouens, non mouet corporea ratione, rem quam mouent non tangunt. Siquidem tactus inter animam & corpus propriè eſſe non poteſt. Hæc Simplicius: quæ tibi etiam à me dicta putato: ut explices, an de mouentibus omnibus, an de ſolis corporeis intelligi cupias. Vtrumuis dixeris: culpa, & repræhenſione nō uocabis. Sed ad theſis explicationem redeo: in qua Ramus inuenit & corripit Ariſtotelis repugnantiam: quàm repugnātiam, ne allatres, Ramum cum Ariſtotele, & me aduerſum te mala fide agere, in medium adferam.

In principio capitis 1. huius libri inquit, Ariſtoteles ἅπαν τὸ κινούμενον ἀνάγκη ὑπό τινος κινεῖσθαι. Quicquid mouetur ab aliquo alio mouetur. Ita enim uertendam hanc propoſitionem commentatoribus uiſum eſt.

Pergit Ariſtoteles, ut rem preſsius explicet, id demonſtrare in ijs rebus quæ à ſeipſis moueri uideatur, quod externum nullum, quo moueantur præ ſe ferant: Demonſtrationemq́; per literas ſuo more explanat. Verba ſic habent. ἐπεὶ δ' κινούμενον πᾶν ὑπό τινος

κινεῖται, ἀνάγκη καὶ τὸ κινούμενον πᾶν ἐν τόπῳ κινεῖσθαι ὑπὸ ἄλλου, καὶ τὸ κινοῦν εἶναι ὑφ' ἑτέρου, &c.

Apertum Ariſtotelis animũ in profitendo ſuam ſententiam laudo. Qui propalàm confeſſus eſt: quid uelit per ὑπό τινος, ſignificare: utiq; illud quod per ὑπὸ ἄλλου, aut ὑφ' ἑτέρου expoſuit.

Conſidera itaq;, Epitomice, Ariſtotelis Phyſicam in 1. capite eſſe: nihil in uniuerſa mundi machina moueri à ſeipſo. Huic Phyſicæ accedit prior illa: quæ etiam euicit, nihil à ſe moueri: quia in ſe quietis uim ſitam non habet.

Contraria Phyſica eſt in huius capitis litera: ἅπαν δὴ τὸ φερόμενον, ἢ ὑφ' αὑτοῦ κινεῖται, ἢ ὑπ' ἄλλου. Et quod priùs ſimpliciter, & ſine omni uerborum circuitione negatum erat: nihil à ſe moueri: id eadem conſtantia iam affirmatur. Affirmationis robora ſumuntur ex animalium tractatione, pulſione, uectione, uolutatione quæ nemo animalibus adimere poteſt. Eundem hunc motum, à ſe ipſo moueri, contribuit Ariſtoteles paulò pòſt rebus animatis & inanimatis, ſenſibilib. & inſenſatis, ut nõ ſit neceſſe in tã prælucido ſolis ſplẽdore lucem accendere.

Veruntamen Epitomicus in gratiã magiſtri contradictoria ſtatuere laudis loco poſuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Capite primo huius libri ſtrenuè pugnat, *in nulla motus ſpecie reperiri quidquam, quod à ſeipſo motum dicatur.*

Capite hoc præſenti, probat *plurima à ſeipſis motum habere.*

Hoc ſi non eſt ſibi contradicere, & priorum obliuiſci, neſcio quid ſit contradicere. Dic, beneuole lector, Hęcné eſt ſatis uehemens ad obiurgandum dominum, & ſeruum cauſſa?

Non, opinor, negabis. Quid igitur uis fiat homini, toties extra legum iuſtiſsimarum cancellos egredienti: nec tamen admonitionem ferenti?

Video tamen Epitomicũ adportare prauilegiũ (priuilegiũ dicere uolebã) Ariſtoteli non eſſe errare: de eodẽ diuerſa, & oppoſita dicta adferre: nam oppoſita Ariſtoteli oppoſita nõ ſunt. Niſi hoc reſpondeat Epitomicus: nihil habebit quo magiſtrum defendat. Nã quod adfert: nullum habet momentum: *Eſſe in uerbis contradictionem, non in re ipſa.* At, acutiſsime diſputator, nõ aliter res niſi per uerba intelligimus: Et cũ in uerbis eſt contradictio, ſtatim de rebus idẽ concipimus. Quare ſi tuo Ariſtoteli quærere uoluiſſes tectorium oportuit explicaſſe: dicta hæc omnia quæ pugnant, propter tuam explicationẽ ab hac pugna expediri.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

IN CAPVT III. LIB. VII.

IVngentur hoc capite gryphes equis: Nā cū antecedentibus aut conſequentibus, nihil commune habet alteratio. De mouente primo dictum eſt: & dicendum poſtea. Alteratio ſe interea immiſcuit: quaſi etiam eſſet primum mouens.

Ad hanc alterationis temeritatem excuſandam accurrit Epitomicus. *Nam in ſingulis ſpeciebus motus, probandum erat, id quod primo mouet, cum eo quod mouetur coniunctum eſſe, quod fieri non poteſt, ſi ſecundum alias quoq; ſpecies qualitatis res eſſent alterationibus obnoxiæ.* Attamen probatum antea fuit, ut tu exiſtimas, id quod mouet & quod mouetur, ſeſe attingere: cū adhuc nulla facta huius propoſitionis eſſet mentio. Si aūt hæc ad priora intelligenda adducitur theſis: lex καθ' ὅλου πρῶτον à notioribus ad minus nota procedere iubet.

At quam ridicula eſt, hæc quam iactitas demonſtratio: *Quod intelligi & oſtendi non poteſt: Quod mouet & mouetur eſſe ſimul, ſi ſecundum alias ſpecies qualitatis res alterentur.*

Ego ſanè poſſum priora optimè intelligere, etſi alteratio fiat tam in habitibus, quàm in figuris & formis. Nihil etiā tua demonſtratio profert: quod impediat, quin opti-

mè intelligantur priora, nulla alterationis aut alterius cuiuſdam ſpeciei mentione facta. Proh pudor, Rame, hæc arguta & ingenioſa nō poteras aſſequi. Adſis igitr̃ poſthac animo attẽtiore, ut intelligas, quid de alteratione hoc loco neceſſariò diſſeratur. Theſis propoſita in medium eſt.

Quicquid alteratur, à qualitatibus patibilibus tantũ alteratur. Non item permutationes figurarum, nec habituum acquiſitiones, aut amiſsiones, propriè alterationes ſunt. Formarum enim & figurarum permutationes generationibus ſimiliores ſunt, quam alterationibus. Nam quemadmodum in ijs, quæ generata ſunt, nō ſubiectum ipſum de re generata prædicamus, ſed eius παρώνυμον: *Ita in permutationibus figurarum & formarum eodem modo ſubiectum* παρωνύμως *de re formata, aut figurata enunciamus. At in alterationibus ſpecies, ſecundum quam res eſt alterata de ſubiecto, effertur* ὁμωνύμως. *Habituũ autem acquiſitiones, & amiſsiones, neq; ſunt alterationes: Quia omnes habitus ſunt actus perfecti, motus* ἐνέργεια *imperfecta.*

De forma & figura, quòd in ijs non fiant alterationes: quia non prædicantur ὁμωνύμως eſt παράδοξον. Nō enim propterea à ſe differunt, aut opponuntur alteratio & formarum mutatio, quia diuerſis modis prędicãtur. Nam oppoſita debent opponi ſecundum genera & differentias: non ſecundùm communia quædam accidentia. Ea tamen

quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

quod adfers:aliam eſſe prædicandi rationẽ in alteratione,quã in formis & figuris, falſum eſt. Vtrunq; enim uno & eodem modo denominatiuè, ſeu παρωνύμως de ſubiecto dicitur. Et ueluti ſubiectum à calore dicitur calidum:Sic à figura quadrata, quadratum:à rotunda,rotundum.

De habitib.res longè abſurdior eſt:*Quod alterationes non ſint,quia ſunt perfecti.* Contrariũ autem magis fidem meretur: Quia perfecti ſunt,ideò corpus alterant,antequam perfectio eorũ acquiratur,aut amittatur: aut deniq; eorum opera aliquid perficiatur. Doctrina enim,probitas,ſapientia,prudentia, &c. æq́;,hominem,eiusq́; mores & totam mentem mutant:ac morbus,caliditas,frigiditas &c. corpus mutabunt. Sic quoque ars palæſtrica & ſaltatoria:hominis corpꝰ, ad has uel illas actiones,egregiè mutat, alterat & idoneum reddit.

Ariſtoteles quoq; hoc præſenti capite, non mordicus impugnat: imò probat,uoluptates, & dolores, in quibus ſunt etiam uirtutes & uitia, eſſe alterationes. Quod cùm ita ſit, immeritò ab alterationibus contemnuntur. Si,hiſce tibi ademptis firmamentis, confugias, quod facis,ad relationes: Quod habitus non ſint alterationes: quia ſunt relationes, qualem te uelis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

uideri Dialecticum, Ariſtoteli indicas. Magiſter tuus ſine omni mora tibi in crines immolabit: prædicamenta & rerum naturam non eſſe temerè confundēda: Et quod in uno prædicamento ponēdum eſt, ab alio remouendum. Et qui in qualitate proprium & principem locum acquiſiuit habitus: inter relata nullo iure collocari poteſt. Sic Dialecticus Phyſicum prouocat aut emendat. Sed eſto: ſint relata, nónne propterea poſſunt dici alterationes? Niſi me fallit memoria, ſexcéties inculcatum audiui: omnes motus in actione, aut paſsione collocandos. In relatione ſemper eſſe ponēdos. Tam labili eſt memoria Epitomicus, ut hęc illi exciderint! & alterationes, quæ in motus doctrina non poſtremas partes habēt, nō ſint relationes. Heus Lieblere, ſtatuiſti etiā in quantitate, qualitate & loco motum? Nullam qualitatis ſpeciē ei detraxiſti. Quòd ſi alterationes eſſent à quibuſdam qualitatis ſpecieb. remouendæ: ibi factum oportuit: noſq; errore, quo implicati fuimus, & te moleſtijs huius refutationis leuaſſes. Talem itaq; de motu doctrinā proponere debuiſſes. Motus tot ſunt genera quot ſunt genera entis, in quib. inſit: Et prę terea unum genus habebit in portiuncula Qualitatis, q̄ non propriè genus appellan-

dum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

dũ eſt. Quare motus erit in quantitate, augmentatio & diminutio. In loco motus localis. In qualitatis portiuncula, alteratio. Hoc ſi ſemel & uerè ſecundũ leges κατὰ παντὸς, & καθ' ὅλου πρώτων fuiſſet confirmatum: motus utilem & iucundã doctrinã, ab omni errorum ſentina puram & liberam haberemus. Sed prô Iuppiter. Quanta incõſtãtia: Quantæ hunc noſtrũ Æneam in mari Phyſico nauigantem, tẽpeſtates, ſurſum deorſum, hûc illûc propellunt.

IN CAPVT IIII. LIB. VII.

PRobaui, capite præcedenti, iungi gryphes equis: Hìc coruus ſtrepit inter olores. Nam capitibus duobus reliquis in doctrina de mouente aſpergitur logica de comparatis. At elenchus grauiſsimus eſt, generalem doctrinã in ſpecie tradere. Et hanc de comparatione, logicam repetere non eſt integrum: niſi legis κατὰ παντὸς tranſgreſſor eſſe uelis.

IN CAPVT V. LIB. VII.

SEquũtur deinceps in doctrina de comparatione ſpecialia motus, mouẽtis, rei mobilis, itemq; tẽporis exempla. Quã tautologiam ſimiliter, per leges logicæ, & Mathematicæ preſcriptas ulciſci conſtitui.

Sed breuitatis mihi habenda ratio eſt: ne quã demonſtraui uiam ipſemet deſeram, & exorbitem. Atq; ſic libri ſeptimi ſpinæ ex agro Phyſico euulſæ ſunt.

Macti iuuenes, agricolæ rerum naturalium, date operã, & ueſtris adeſte auxilijs, & cõſilijs: ne inutilia, quæ Rami opera exſtirpata perſpicitis, denuò in agrum Phyſicum inſerantur: Et quia malum facilè uires acquirit, cauete, ne illa totum agrum Phyſicum, ut hactenus, inficiant. Hoc uobis factu facilè erit, ſi interpretibus magis magiſtri autoritatem, quã ipſam ueritatẽ ponderantibus, fidem ſine rationibus non adhibueritis. Multi enim illorum adeò ſunt occæcati, ut zizaniam à tritico, muſcerdas à pipere ulla nota diſcernere impediantur.

SCHOLARVM PHYSICARVM LIBER VIII.

IN CAPVT I. LIB. VIII.

DVo monſtra multos annos Rempubl. Phyſicam perturbarunt. Primũ infinitas: cui ſe adiunxerunt: Principia, Natura, Motus, Tempus, Locus: ne ſi abſq; copijs auxiliaribus tantũ periculum

ſola

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ſola ſubiret: leui impetu inuaſum, in fugam ageretur, & occumberet.

Sed neq; tantæ copiæ ad ueritatem exturbandã, opprimendamq; ualuerunt. Sola namq; ueritas ſuperior facta, monſtrũ illud cũ ſuo exercitu toto debellauit & cõfecit. Etenim hæc inuicta ſemper manet, quãuis aliquoties hoſti cedens, temporis opportunitatem obſeruet. Hoc bello non ſine moleſtia confecto: æternitas, alterum monſtrum priori longè horribilius, ſororis mortem, & interitum ulturum bellum redintegrat. Simplicius & Proclus ad prælium ſe accingenti claſsicum canunt. Priùs tamen de pace plurimis agunt: non eſſe ęternitati temerario quodã auſu reſiſtendum: neq; hoſtem potentiſsimum ad arma prouocandum. Sed ueniam petendam: ut ad myſteria illa, quę æternitas recondita habet, adytus patefiat. Quicunq; enim in gratiam receptus ad hęc myſteria intromittatur: eum à ſummo felicitatis gradu non procul abfuturum. Aduerſa parte bellum ſuadet Sacra ſcriptura: Quod pernitioſum foret, & perpetua pœnitẽtia luẽdum, cũ hoc impio hoſte inire, & colere amicitiam. Nec Epitomicus ueritus eſt ſuo præceptori in hac controuerſia reſiſtere. Quod profectò laudi illi uerto: Nam antehâc nunquã ferre po-

terat, ut latum unguem ab Ariſtotele diſcederetur. Sed ueniam petenti, & errata confitenti gratia facienda eſt. Iam enim aperta uoce, præcedentia refutauerit omnia. Nullam eſſe æternitatem nec motus, nec mundi: De principijs merũ eſſe ſomnium, quod æterna appellabantur. Naturam non eſſe primum: ſed præſtantius quoddã rerum exiſtere principium. Tempus & motũ non eſſe æterna, ſed principio & fine claudi. Hęc, inquam, & ſimilia in huius libri Phyſica docentur. Quod ut commodius fiat Ariſtotelis argumẽta breuiter interpretanda, & cauſſas erroris, indicandas putauit. Agè itaq; Epitomice indica, quid pro ſua æternitate collegerit Ariſtoteles: excitatus enim auditor eſt, atq; erectus, ad hanc tragœdiam audiendam. Iucundum etiam fuerit audire te cum tuo Magiſtro uerba commutantem.

Initio (inquis) *diſputationis, à motus ſempiternitate, mobilis, hoc eſt, mundi æternitatem probat.*

Primùm argumentũ. Vtitur pro hypotheſi definitione motus, ſuprà lib 3. tradita: eſſe motũ ἐντελέχειαν τοῦ κινητοῦ ᾗ κινητόν. *Ex qua ſequitur motum nullum eſſe, niſi tale aliquid ſit, quod poßit moueri, &c.* Quibus poſitis argumentum hoc pacto illuſtratur: *Neceſſe eſt rem mobilem & cauſſam motricem: uel ab æterno extitiſſe, uel aliquando cœpiſſe cum prius non eſſent.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

eſſent. At ſi cœperunt ſanè per motũ cœperunt. Quare ante primũ motũ fuit alius, et motus eſt æternus.

Si mobile & cauſſa mouens fuit ab æterno: etiam motus fuit æternus, quia nulla reddi poteſt cauſſa motus impediti. Contra hoc argumentum ſicut etiam contra ſequentia egregiè ſe armauit Epitomicus: pollicens ſe Philoſophicè ad ea reſponſurum: quòd tñ oblitus eſt: Nullumq; uerbum in eius reſponſionib. inuenitur: niſi quod cótra ſacras literas ſit, mundum Deo coæternum ædificare.

Ramus longè felicius fraudes, aut ſi mauis, errores Ariſtotelis detegit. Quem'ne hîc quidem ſecum ſentientem ferre poteſt Lieblerus. Religionem ſummá arbitratus eſt, etiam in ueriſsimis Ramì ſententiæ accedere. Adeò pertinaci animo Ramo indictum bellum continuare conſtituit.

Reſpondet Ramus ad primũ hoc æternitatis argumentum: Motus definitioné quo argumẽtum nitatur eſſe ſophiſticam, & falſam: quod negare non audet noſter Epitomicus. Poſtea pergit in ſolutioue, qđ ſemper uerum eſſe non poſsit: nec ſe poſſe ſine rationib. credere, ante motum ſemper eſſe rem mobilem: Quod tá Epitomicus, quam eius magiſter ſunt cómenti. Materia enim ſeu mobile, unà cũ motu potuit gigni: ut ignis ſimul ac ignis eſt, mouetur. Res gene-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ratę cũ primũ generant, mouentur. Et cùm motus ſit actus rei mobilis, erunt motus & mobile ſimul: nullaq; uia hinc efficieť motum perpetuũ eſſe, ſed natiuũ rei mobilis. Ad hanc ſolutionem te hortor Lieblere, ut attento adſis animo: & poſtea quæras à Ramo, An uelit cœlũ, ſeu aliud mobile cœpiſſe: ſeu potius æternũ fuiſſe? Si cœpiſſe dixerit, per motũ cœpiſſe ut fateatur cõpelle: Si æternũ fuiſſe dixerit: ob quã cauſſam ab æterno quieuerit, interroga. Atqui Epitomice, quãuis ex animo nõ loquor, ſit tibi motus ęternus. Habeto quod mobile per motũ cœperit. Quid tibi poſtea uis concedi? Vides'ne te proprio tuo gladio iugulatũ? Mobile cœpit per motũ, quia cœpit. Non igitur æternũ eſt. Et ſi mobile æternũ animi gratia tibi conceſſero: inde'ne motus æternitatẽ ædificabis? Quaſi Deus ſit alligatus ad reddendũ tuo magiſtro rationẽ, quare confuſum chaos, non ab æterno hac forma induerit. Atq; ſic primũ argumentũ de motus æternitate diſputatur. In quo, non tam mobile per motũ ęternitate decoratur: quã motus per mobile. *Secundum aũt, ſiue præcedentis illuſtratio eſt: in qua, à cauſſa mouente duplici illuſtratur & cõfirmatur nihil mouere, niſi aliquo modo ſeſe habeat. Quo conſtituto, ſequitur: quicquid mouet, mutatum eſſe prius, ut poſſet mouere.* Reſpon-

dec

det ad argumentum, ut prius Epitomicus. Nempe: *id ultra naturã non aſſurgere, ac quid poſſit natura, non quid Deus naturæ opifex ualeat, docere.* Ramus Philoſophum acrius Philoſophicè pungit. Interrogat enim Ariſtotelẽ quid cauſſæ ſit, ut quẽ ſuæ Phyſicę præformauit, primus motor: non ſit tanta potẽtia, ut ſeipſum moueat, & deinceps reliqua: niſi etiã à priori quodam potentiã hãc nanciſcatur, ut uellet, & poſſet ſe, & alia mouere. Et quo modo tã breui tẽpore lapſum hoc Ariſtoteli è memoria eſt: eſſe primũ motorem ne in infinitũ iretur. Quid iã priorem requirit: ut in infinitũ fieret abitio? Profectò hæc manifeſta antiphaſis, ſi noſtrorũ Philoſophorũ animos non offendit & mouet: non facilè inuenero, quod illos poſsit commouere.

Tertium argumentum à natura temporis ſumptũ eſt: Tempus eſt æternum: Ergo etiam motus eſt æternus. Epitomicus doctè, ut ſibi perſuadet, hoc argumentum diſſoluit. Ramus longè doctius tamen, pro Platone pugnat. Nempe, Platonem tempus æternum poſuiſſe, æternitatemq́; ipſam nihil aliud, quã tempus eſſe. Ariſtotelem autem tempus appellaſſe, æternitatis quandam menſuram, ſeu imaginem. itaq; tempus hoc Platonis, motu quolibet longè prius, & antiquius: neq; temporis æternitatem motum æternum com-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

comprobare concludit. Etſi enim motus nullus eſſet, mens tamen diuina hanc ęternitatis durationem numeraret & conſideraret. Totius igitur erroris cauſſa, ex definitione temporis falſa initium duxit: ubi tempus, motus accidẽs Epitomico uiſum eſt: cùm ſe longè aliter rei ueritas habeat: quemad. lib. 4. cap. 10. firmis rationibus euici. En igitur de motus æternitate debilitata & diſsipata argumenta: ſtabitq́; firma Platonis ſententia: Mundum à Deo fabricatum eſſe: & ab eodem diſſolui, & corrumpi poſſe. Nam quantũ ad reliqua duo argumẽta attinet facilè patior, ut à Lieblero deſtruantur. Quod cùm fecerit maximas illi gratias agam: ſed Ramo maiores: quod res falſas libero ueritatis pondere perpendens, hoc tam impio & Phanatico æternitatis monſtro nos liberauerit.

IN CAPVT II. LIB. VIII.

Εἰς ἑκάτερον exercendi ingenij cauſſa de motus æternitate hoc capite diſſeritur. Nulla enim alia cauſſa eſſe poteſt: quod Ariſtotelem condemnatum erroris, fraudis, impietatis, nunc denuò liberet: & liberatum dimittat. Hanc inconſtantiam cùm in noſtro Epitomico animaduertam,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

non repetam ea argumenta quæ ſibi refellenda propoſuit: quę tñ refellere nunquam potuit: ut ex Rami ſcholis euidétiſsimè apparet. Id uitio illi uertédum eſt: quod apertè in hoc capite non ſit confeſſus: ſe in Phyſica ludere nunc cũ Ariſtotele, nunc cũ Platone argumentis contendendo: Aut quod non aperuit ad quã partem horum Philoſophorum declinandum utile iudicauerit.

IN CAPVT III. LIB. VIII.

NEq; hîc ſeriam fabulam Epitomicus exhibiturus eſt: ſed narratũ & auditũ ab Ariſtotele ſomniũ narrabit. Ariſtoteli ſiquidem poſt illud quod de motus æternitate ſomniauit: hoc etiã ſomniandum fuit: Primũ mobile & primũ motorem ęternitate condecorandũ. Rem difficilem eſſe uidit Epitomicus: cui tñ remediũ exemplo magiſtri ſomniando inuenit: quod in eo ſitum eſt: ut cõmemorentur ueterũ opiniones de motu & quiete proditæ: cuius enumerationis omnia mẽbra reijciuntur, præter particulã quandã membri ultimi: Quod mobiliũ natura ſit interdũ moueri, interdũ quieſcere. Similis logica ei, quæ in 1. & 5. capitibus, li. 5. inducta erat. Partes falſæ quinque aggregantur ad unius particulæ ueritatem conficiendam: ut copia eſſet argumentandi:

tandi͂:& refellendis falſis elenchis chartas implendi:lectoriq; admirationem tã ſubtilis, tã acuti ingenij inijciẽdi. Sed inuitis artiũ legib. ſpinæ in agro Phyſico ſeminantur. Ridiculũ, dubio procul, omnib. erit ſi idem Agricola ſpinarũ ingentem ſementem fecerit: quas ſpinas, ubi enatæ fuerint, euellat. Magis ridiculus erit noſter Phyſicus, qui ad Magiſtri ſui imitationem nugas docet, quas poſtmodũ refutet: qui uulnus ſibi infligit: quod neceſsitate cõpulſus ſine mora ſanet. Sed quid illud miror: cum Ariſtoteli innatum ferè uitium ſit: in eius interpretes, & affectatores propagatum?

Eſt tñ quod in hoc capite laudem & approbem: nolo enim quenquã merita laude defraudare. Putà, quod ad ſenſus teſtimonia in hiſce nugis refellendis confugit Epitomicus. Factũ Philoſopho & cum primis Phyſico dignũ. Quod ſi ab ipſo ſtatim Phyſicæ huius initio obſeruatum fuiſſet, ut res Phyſicæ ſenſib. iudicandæ ſubijcerentur: & in ſenſili materia, qualis eſt Phyſica, magiſtri & iudices ſenſus haberentur: principia prima nunquã in Phyſicã irrepſiſſent: æternitas & infinitas, neq; magnitudinis, neq; loci, temporis, motus, mobilis, ſtationis, quietis, locũ in Phyſica inueniſſent. Nullus enim ſenſus, illas in Phyſica æternitates & infi-

infinitates comprobaret. In hac ſententia, ut in reliqua Phyſica, perſiſtat Epitomicus opto, non ſpero.

IN CAPVT IIII. LIB. VIII.

EX hac tam lubrica & falſa partitione, & enumeratione: fidem dat Ariſtoteles ſe inuenturum ſolutionem omniũ de mouente, & motu dubitationum. Epitomicus huius utilitatis mentionem nullam facit, neq; tantam utilitatem perſpicere potuit. Sed è falſa partitione approbatam unam particulam, quæ nihil tamen ad mouentẽ ſpectet, demõſtrandam ſibi in ſequentibus monet. Vterq; autem tam Magiſter, quã diſcipulus promiſsionis immemor ex ipſis manibus tam copioſam, & odioſam partitionem amiſerunt. Vt in Phyſicam malè deliberato conſilio partitio uenit: ſic turpiter euanuit. Quid igitur docẽt noſtri Phyſici tam obliuioſi? Theſin diſputant è 1. cap. lib. 7. repetitam: quod non ſufficienter ſit illic pro dignitate agitata: *omne quod mouetur, moueri ab alio.*

At hæc quęſtio ut 7 Phyſico uidere licet, falſa eſt. Quomodo tamen demonſtretur, inquirendũ nobis eſt. Primò partitio mobiliũ ad demõſtrationẽ theſis accõmodatur: *Quicquid mouetur aut mouetur per accidens: aut per*

partes, aut per ſe. Poſtea partitionis membra priora duo, quod nihil ad propoſitum faciant, reijciuntur: tertio, demonſtrationi perficiendæ, reſeruato. Eheu, contra legem καθ' ὅλου πρῶτον eſt: rem eandem ſæpiùs repetere. Contra legem κατὰ παντὸς falſa partitionis membra pro ueris uenditare. Perſequamur tamen ipſam demonſtrationem:

Eorum quæ per ſe mouentur, quædam mouentur à ſeipſis ut animalia: quædam aliundè, & aut ſecundum naturam, aut præter naturam. Hoc fundamentum demonſtationis eſt: ſequitur explicatio: *Quæ uiolenter ſeu præter naturam mouentur, minimè à ſemetipſis mouentur. Perſpicuum enim in his eſt: aliud eſſe quòd moueat, aliud quod moueatur. Idem in animalibus eſt: quæ etſi à ſemetipſis moueantur, aliud tamen eſt, quod mouet, aliud quod mouetur. Anima enim mouet, corpus mouetur: quemadmodum nauta mouet nauem, nauis mouetur. Neque tamen in hiſce propoſitionibus: animal mouetur à ſeipſo: animal non mouetur à ſeipſo* ἀντίφασις *eſt: quia animal, ut compoſitum, mouetur à ſeipſo: at non ita ut nõ diſcrepet mouens ab eo quod mouetur:* hoc eſt, ut Epitomicũ planiùs explicẽ. Animal aliquando ſumitur pro toto compoſito, cùm dicatur animal moueri à ſeipſo. Aliquando pro ſolo corpore, cũ negetur animal moueri à ſeipſo. Non enim tale animal, corpus uidelicet, mouetur à ſeipſo, ſed ab alio, nempe

ab

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

ab anima. In hac autem demonſtratione, quæ reprehendam plurima offeruntur: ſed præcipua annoto. Vitio uertendum eſt Epitomico, quod in uiolentis nullum afferat exemplũ, quo intelligi poſsit, quomodo uiolenter mota per ſe moueantur. Longè probabilior ſententia eſt, uiolenter mota per accidens, aut per aliud moueri, ut lapis in aërem coniectus, uiolenter & aliundè eò motus, & compulſus apparet.

Quod ad animalis motum attinet, quãuis uoluit aliquid dicere ad illas ἀντιφάσεις Epitomicus, tamen metu exanimatus nihil potuit excogitare. Inania quædã uerba, ut lectorẽ turbaret, effudit. Quæ enim contradicunt, ſi non hæc ſibi contradicunt? Animal mouetur à ſemetipſo. Animal non mouetur à ſemetipſo. Contradictionẽ auferre & conciliare ſtudens Epitomicus aggrauat rem, & uulnus premendo auget. Quod autẽ dicit: *Animal moueri à ſemetipſo*, probo. Id autem quod addit: *in hoc motu, mouens ab eo quod mouetur diſcrepare, falſum eſt.* Nam ſi id concedatur: Animal quod mouetur à ſemetipſo, diſcreparet & diuerſum quiddam eſſet à corpore & anima, quæ coniuncta animal cõſtituunt. Non animaduertis Epitomice, quod te excuſando grauiora tibi cõſciſcas pericula. Nam ſi delapſus fueris,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

quod neceſſe eſt te facere, ad corpus: quod animal nō moueatur à ſemetipſo, quia corpus mouetur ab anima, Sophiſta es. Nam de tota animali interrogatus, de corpore reſpondes, quod non moueatur per ſe, ſed ab anima: id eſt: De manu interrogatus, digitum reponis. Vbi tua ſolertia eſt, ſi hoſce elenchos non cernis? Exemplū huius doctrinæ, ſeu ſimilitudo eam explicans, à re nautica deſumpta eſt: *Vt animal moueatur ab anima, tanquā nauis à nauta.* At neq; nauis ullo loco mouetur à nauta: ſed ab eo regitur in eo ipſo quod mouetur. Nec etiam nauta ſi maximè moueret nauem, hoc eſſet in naui, quod anima in animali: in quo anima forma eſt: cùm nauta nihil eſſentiale ſit naui.

Ex hiſce ita ſubtiliter diſputatis, infertur quæſtio, quæ magiſtrū & diſcipulū mirabiliter exercuit: de primis elementorum motibus: *An quæ naturaliter mouentur, leuia ſurſum, grauia deorſum, à ſemetipſis ita moueantur: cùm naturæ ſuæ nutu & lege ita uideantur moueri?* Intrepidè reſpondet Epitomicus, *neque hæc à ſemetipſis moueri.* 1. *Quia à ſemetipſo moueri proprium ſit animalium: quo tanquā differentia quadam arctiſsima, animata ab inanimatis diſtinguuntur.*

Attamen priùs etiā dixit, animal ab alio moueri: ſed cōdonandum illi hoc eſt: nam dictorū eum pœnituit: & poſthâc cū Platone di-

ne dictururus eſt,id ſe mouere quod uiuit.

II. *Quia ſi ſemetipſa mouerent,etiam à motu ſe cohibere poſſent.* At ego ſimili licentia infero,uiolenter mota,eodem modo quo mouētur, debere quieſcere:non naturaliter.

III. *Quia contrarijs mouerentur motibus.* Atqui neceſſe nó eſt, hoc ineſſe ijs, quæ à ſemetipſis mouentur. Nónne globi cœleſtes à ſemetipſis mouentur? contrarijs tamen motibus ſinguli non mouentur.

IIII. *Quod elemēta ſint continua & propterea omnis perpeßionis expertia.* Atqui, docte Epitomice,explicandū erat preſsius,quæ ſit hæc elementorum continuitas. Vis ne materiā & formā elementorū eſſe continuas: & ob id non eſſe in illis paſsionem? Aut quā continuitatem cogitas? Anima & corpus eodē pacto ſunt continua, animalq́; conſtituūt: quod tamē à ſemetipſo mouetur. Attendite iuuenes,rerum Phyſicarum ſtudioſi,quā hæc minimè Phyſicè dicātur. Elementa naturæ ſunt & quidem primæ: quomodo igi tur natura,id eſt,principium motus & quietis illis eripitur? Quomodo ignis non aſcendet nec uret, niſi ab alio moueatur? Aqua nó deſcendet, nec extinguet niſi ab alio moueatur. Hoc ſi de illis uerè dicatur: nullam habebunt formam actiuā: ſed paſſionem quandam,qua ad alterius uolunta-

 tem

tem & arbitriũ patiantur ſe moueri & regi. Pudor eſt Phyſicum in rebus Phyſicis adeò uacillare: & nunc hûc, nunc illuc prolabi. Sed tñ quoniam elementa per ſe mouent̃: neq; tñ à ſemetipſis, ſed ab alio: à quonam tandem mouebuntur. Hanc difficultatem & errorem uidit Epitomicus: eamq́; in uariam acceptionem uocabuli potentiæ trãſtulit: in qua lapſi non intelligimus facilè quid elementa moueat. *Potentia enim qua corpora illa ſimplicia mouẽtur, duobus modis dicitur. Prima, eius quod nõdum natum eſt. Vt potentia Grãmaticum dicimus. Secunda eſt, eius quod iam exiſtit, & habitum perfectum obtinet, ſed impeditum, ut operari ſecundum eum non poßit.* Clarius hæc dicuntur ſi dixeris. Naturaliter elementa & corpora reliqua mouentur: cum poteſtate quã habent ad ſuas ipſorũ actiones mouentur. Hæc poteſtas, quia multis modis accipitur: tot diuerſos mouẽtes eſſe neceſſe eſt, per quos ad actũ poteſtas reducatur. Poteſtas aũt hæc de qua dixi duplex fit: propinqua & remota: qualis eſt potentia ſcientiæ in præceptore & diſcipulo. Hæc de potentia audio. Sed quæro ulteriùs ex Epitomico: quid ſit actu graue, & leue eſſe: & quomodo potentia in actũ educatur: cũ potentia iam ſit explicata? Solutioné huius quæſtionis nullã habet, quod tñ huius diſputa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

tionis caput eſt. Quare diuinabo ex litera ſolutionem: Actu leue & graue eſſe: eſſe ſurſum: eſſe deorſum. Id enim ſignificare uidetur noſter Phyſicus: cũ docet cauſſam talis motus leuibus, & grauibus eſſe, quod nata ſint eſſe ſurſum & deorſum. *Sic aquæ potentia eſt, ut actu fiat aër & leuis: cauſſa leuitatis prima in ipſa aqua exiſtẽte.* Nam niſi in aqua ineſſet hæc potentia, poſtea aëri communicata, nunquam aër leuis fuiſſet.

At nouum hoc Phyſicorum placitũ eſt, aquam elementum ſua natura graue, poſſe alteri, quod non habeat, cõmunicare. Leuitatem aëri donat, quã tamen ipſa nacta minimè eſt. Quid de leuitate dico? Certè ex hac Phyſica, neglecta priori: elementa quę inanima ſunt: ſe inuicẽ mouebunt, quę ne ſeipſa quidẽ mouerę apta ſunt. Et quod actu leuitate ſua præſtare ſibijpſi aqua non poteſt: nempe ſe ſurſum efferre: hoc potentia aëri confert. Hæc cũ ita falſa ſint, dicam apertam, cõtra hanc Phyſicã, ueritatẽ, quam ipſa natura me profiteri iubet: nempe aërem moueri ſurſum ſua forma actu exiſtente, nulla habita ratione potentiæ, uel ab aqua, uel aliundè mutuò ſumptæ. Hoccine negabis? Item ignẽ calefacere pronunciabo, ac in ſe cauſſam calfaciendi continere, quãuis corpus inanimũ ſit: δυνάμιν nullã

 hîc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

hîc nomino. Hæc ſi attentis animis attendatis, Phyſicarũ rerum perſcrutatores: non dubium eſſe poteſt: quin longè ualere iuſsis hiſce argutijs in ueriore, & magis naturæ conueniente Phyſica perſiſtatis. Naturam eſſe motus principium. Et unumquodq; corpus Phyſicum naturali motu à ſua forma moueri: quod non ſolũ in animatis, ſed etiam in elementis & rebus quamplurimis locum habebit.

IN CAPVT V. LIB. VIII.

Diſputata hoc pacto quæſtione de motu & mobili: excogitatur alia peregrina, quidẽ hoc in loco: *An'ne primum mouẽs aliundè moueatur?* Sibijpſi ſic interrogãti reſpondet Epitomicus: *Eſſe aliquid mouens primum, quod nec à ſeipſo, nec aliundè moueatur.* Ego de hac quæſtione interrogatus: reſponderem: Si uerũ ſit, quod priori capite propoſuit Epitomicus: ſi uerum ſit, quod huius quęſtionis parte prima propoſuit: Nihil omnium rerũ eſſe, quod non ab alio moueatur: non poſſe non uerũ eſſe, quod ſub uniuerſali enunciato aſſumitur. Non eſſe primum motorẽ, qui ab alio non moueatur: Niſi quis inuenerit nobis logicã noſtra acutiorem, qua hæ antilogiæ recõcilientur:

Omnes res in natura exiſtentes mouentur ab alio:

Quæ-

Quædam res non mouentur ab alio.

Nihil rerũ omnium eſt, quod nõ moueatur ab alio: Aliquid in rebus naturæ exiſtit, quod non moueatur ab alio. Sed hæc noſtro Epitomico familiaria ſunt: omittantur igitur, & diſputatio ipſa audiatur. Theſis in medium propoſita eſt: *Quod aliquid ſit primum immobile.*

Confirmatio eſt: *Quod neque moueri ab alio, neque à ſeipſo poßit. Non ab alio, quia fieret progreſſus in infinitum.* Hîc Phyſicum in Phyſica, Phyſicè philoſophantẽ rurſum libenter audio, & gratias ago, quã poſſum maximas: quod nugas priores ſapienti iudicio ſpreuerit: Quicquid mouetur, mouetur ab alio. Et quod monſtrum illud infinitatis, antea ferè confectum præſentibus telis obruat: Infinitum in natura nihil eſt. Diuiſio magnitudinis infinita, motus, temporis ſtatus, quietis infinitas nulla eſſe poteſt: nihil enim in natura infinitum eſt. Quod quinquies hoc capite ab Ariſtotele repetitũ eſt: ut aculeos uerioris ſententiæ in noſtris animis relinqueret: falſamq; & impiam radicitùs ex animis diſcentium euelleret. Quod eum obtinuiſſe in ſpem magnam erectus ſum.

Altera confirmationis pars eſt: *Quod neq; à ſeipſo moueri poßit. Quia* αὐτοκίνητον *multis modis dicitur: ut totum dicitur mouere totum: ut pars partẽ:*

ut ſit aliquid mouens immobile & incorporeum.

At Epitomice doctiſsime:quid nobis cũ tua partitione lubrica & falſa? Primus motor eſt immobilis:Quia nullo trium modorum αὐτοκινήτου mouetur. Sic enim opinor te concludere: quamuis tua uerba in litera talem connexionem non præ ſe ferunt. Sed in partitione duo priores modi refutantur & abijciuntur. Tertius nec abijcitur, nec retinetur:ſed dicitur eſſe animalium motus. Sed tamen dabimus animalia à ſeipſis moueri, & tamen in ipſis eſſe incorporeum & immobile quiddam:hinc ne inferre tibi integrum erit Deum, ſeu primũ motorem eſſe immobilem : quaſi ad animaliũ leges ſit alligatus:ut ſi ea non mouerentur cum mouent:neq; Deus, ſeu primus motor, cũ mouet moueretur. Neutiquã licebit ita Deũ ad motus & leges animalium ligare : niſi in eius offenſionem incurrere ludum, iocumq; duxeris. Sed intercedat lector, hæc parcius Epitomico eſſe exprobranda:cũ commoda adhibita interpretatione poſsit uideri uerũ dixiſſe:Immobile hoc quod primo motori attribuitur, dextrè audiendum & interpretãdum ſuadet:ut idem ſit, quod æternum, conſtans, neq; ortui, neq; interitui, neq; accretioni, neq; diminutioni, neq; ſecundum Phyſicum locum motui, neq; o-

mni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

mninò Phyſicis motibus ullis obnoxium: Quorum omnium nihil cõuenire Deo, qui animus eſt, conſtat. Profectò, ſi Epitomico propoſitum fuit, Deum ab hoc motu liberum iudicare: probatione nulla ad eã rem opus fuit: cùm eam ambabus manibus amplectar & exoſculer. Logicam tamen in demonſtrando minimè probandam cenſeo. Nã κατὰ παντὸς & generaliter diſputauit: mouens primũ eſſe immobile: quòd eum non feciſſe oportuit. Nam Phyſici motus non ſunt ſoli motus: ſed omnium artium & opinionum ſunt motus. Et 3. capite huius libri ipſe Ariſtoteles docuit φαντασίαν καὶ δόξαν motus eſſe. Quare Deus & animus ſuos etiam motus habent, diſsimiles quidẽ Phyſicorum motuum, ſed tamen motus: & tantò præſtantiores: quantò ipſæ cauſſæ mouentes excellẽtiores, & nobiliores fuerint. Itaq; Ariſtoteles 3. cap. 7. pol. diſputat beatitudinem in actione conſiſtere: neq; ſolas actiones externorum operum, ſed eas contemplationes multò magis actuoſas eſſe, quæ in ſeipſas conuerſæ, ſuo fructu contentæ extrinſecus nihil requirunt. Imò uerò propriè eos agere dicimus, qui mente atq; animo principes, atq; architecti ſunt externorum operum. His addit, alioquin Deum beatum non fore, cui actiones externæ nul-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

læ ſunt, ſed omnes ipſius naturæ congruentes & propriȩ. Quid aliunde tam falſi dogmatis refutationem peto? Hoc eodem capite, bis Ariſtoteles contrarium iudicauit. Primus locus eſt ſtatim in principio capitis, cum inquit. Si ergo quicquid mouetur ab aliquo mouetur: primus motor mouetur quidem, ſed non ab alio, uerùm à ſeipſo moueatur neceſſe eſt. Nihil poteſt apertius hac de re dici. Paulò pòſt, ſimilis eſt locus: aut etiam longè grauior. Tria inquit neceſſaria eſſe in motu. Quòd mouetur: quod mouet: quo mouetur (id eſt, res quæ mouetur: primus motor: & inſtrumentũ.) Id autem quod mouetur, neceſſariũ quidem eſſe moueri: at mouere neceſſe non eſſe. Id aũt quod mouet: & mouere debet, & moueri. Interpretes hunc locum animaduertentes obſtupuerunt. Et cum nullum inuenirent tectorium quo occultaretur: nolentes uolentes profiteri cogebantur, eum ad turbãda omnia huc inſertum. Sed decepti ſunt illi: cum ad corrigenda reliqua, Ariſtoteles eum adhibuerit. Quemadmodum ipſe Ariſtoteles euidentiſsimè & apertiſsimè capite 8. ſequenti proclamabit. In quo tria requiret in omni continuo motu. I. Quod mouetur, ut ſunt Deus ut homo. II. Quando mouetur ut tẽpus. III. In quo: puta loco.

Hunc

Hunc Ariſtotelem profitentem ingenuè Deum moueri, opponimus Ariſtoteli & omnibus Philoſophis, falſis mentis inſanæ delirijs, deluſis. Illiq; palmam dandam in hac controuerſia, omnium calculo ſumus impetraturi.

Hem Epitomice, ſi quid habes pro hoc tuo Ariſtotele condemnato: aut pro te ipſo, maturè accurre: aliâs uerus Ariſtoteles de Ariſtotele ueritatem impudenter impugnãte, factis dignum ſupplicium expetet. Et quod iure petit, uix Phyſicorum ordo ſenatorius ei denegabit.

IN CAPVT VI. LIB. VIII.

NEc mihi uitio dandũ eſt, quod nunc Epitomicum uituperem: mox mutata ſententia eundem laudem. In ipſo ſiquidem mei facti cauſſa ſita eſt: quod nunc liberè: nunc ſeruiliter ſuum Ariſtotelem interpretetur.

Capite præcedenti, quod Deum tanquã truncum immobilem ſuæ Phyſicæ conſtituit, corripui. Hîc ueritatẽ ſine præceptoris conſenſu præ ſe ferens, laudem inuenit. Nam quãuis cum Ariſtotele æternũ Deum agnoſcit: tamen falſa argumenta, quibus Ariſtoteles ſe id euiciſſe ſuſpicatus eſt, non appro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

approbanda ſibi duxit. Impium enim fuiſſet Dei æternitatem ex fragilis huius motus natura metiri.

Subeſt etiam illa in hac theſi cauillatio: quod Deus ab Ariſtotele non appelletur ipſo Dei nomine, ſed primum mouẽs. Quo nomine ſi Ariſtoteles non intelligat, niſi Phyſico actu mouens: non minùs theſis impia eſt, quàm theſeωs probatio.

Hæc repræhendentem in Ariſtotele Epitomicum ueneror & ſuſpicio. Deſidero tamen in eo, quod argumentnm falſum Ariſtoteles, de æternitate primi mobilis ex æternitate primi motoris non refutauerit. Equidem illud, quia cum Ariſtotele mihi res non eſt, intactum relinquam: quamuis ſine omni difficultate, cum lubrico nitatur fundamento, confieri id poterat.

IN CAPVT VII. LIB. VIII.

CONuenit iam inter magiſtrum, & diſcipulum: Mouens eſſe primũ immobile, æternum. Ego quod mouens eſſet primum & æternum aſſenſus ſum: immobilitatem deſtruxi. Perge igitur Epitomice: aut potiùs ſiſte gradum: nimis enim multa de hiſce audiuimus, finis tandem erit. Veruntamen non patitur ſe hiſce à propoſi-

poſito deturbari Epitomicus, ſed continuat motus æternitatem. Quodq́; in genere motus æternus dictus eſt: *in ſpecie, nempe in circulari motione* demonſtrat. Q*uod eam primus motor dignam iudicauit à ſe formandam, & perficiendam.*

Sed quare primus motor hãc ſibi inſtruendam ſpretis alijs iudicauit? Q*uia*, reſpondet Epitomicus, *omnium motionum prima & maximè continua eſt.*

Prima eſt: quia ſine ea reliquæ eſſe non poſſunt.

At ſimilitudine huius cõſequentiæ plurima confinguntur argumenta, quæ tibi minimè probabuntur. Pro generatione dico. Homo non poteſt ſine generatione exiſtere, nec alij motus in homine. Quare generatio motus eſt præcipuus.

In curatione uulnerum non ſuccedit actio, niſi pus remoueatur: quare puris remotio, eſt cauſſa curationis prima & præcipua. Et plurima alia huius ſubdolæ argumentationis ueſtigijs inſiſtere conantur. Verùm de generatione ſententia uerîſimilior eſt, quod motuũ ſit prima. Genitũ enim priùs fuiſſe animal neceſſe eſt: quam loco moueretur. Eſſentiam prius eſſe, natura fert, quàm ei quidquam è loco acciderit. Subiectum enim ſuis accidentibus prius neceſſe eſt eſſe: λόγῳ, γνωρίσει, χρόνῳ, φύσει:

ratio-

ratione,notione, tempore, natura. Alia ſi tibi ſit prioris ſignificatio, qua accidentia, qualis eſt latio, ſubiecto ipſo, quod generatione conformari debet,priora dicantur: ea in hac tua propoſitione opus maximè erit.

Altera in cõfirmatione pars fuit, *quod latio ſit cõtinua & ſempiterna. Quia nõ fit ut in cæteris motibus inter contraria.* Et cũ *in motu locali nõ ſemper adquiratur aliquid: in quo accepto adquieſcat.*

Audi Lieblere. Motum κατὰ παντὸς contrarium eſſe docuiſti. Quoties enim auditum eſt: Omnem motum relatione duorum inter ſe habituum cõcludi? Omnem motum inter agens & patiens comprehendi? quos relationis, inter agens & patiens, terminos contrarios eſſe, ſodes nega. Nónne poſitis in eodem ſemicirculo punctis diametris, motus in eodem puncto contrarij cogitari poſſunt, quorum alterum tolli neceſſe eſt? Ita hæc de motu falſa ſunt.

Quòd autem ad finem capitis poſitũ eſt: *Non in omni motu locali aliquid acquiri*, per obſcurum eſt. Si enim motus localis nihil acquirat, motus non eſt cenſendus: Cùm omnis motus inter duos cõſiſtat terminos: quod tamen lationi quæ termino à quo contenta eſt, tribui non poteſt. Neq; præcedens, adeò copioſa doctrina de motu, erit κατὰ

παντὸς

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

παντὸς. Non enim motus localis erit intra duos terminos. Non erit in relatione duorum inter ſe habituum.

Id etiam Epitomico obijciendum probri loco eſt: quòd, quam cap. 3. lib. 3. motui κατὰ παντὸς cõtinuitatem attribuit, nunc detrahat: ſoli circulari motui donet, ut capite proximè ſequenti diſcemus. Quapropter ſophiſticè, ambiguè, fraudulenter, motus principatus, & continuitas aſſerũtur: ut inconſtantiam & repugnantiã taceam: quæ tamen, leges, in Phyſica, non patiuntur.

IN CAPVT VIII. LIB. VIII.

DIſputatum eſt: Lationem ſolam eſſe continuam: Lationem ſolã eſſe motuum primam. Idem de conuerſione ſola repetitur. *Quod ſit continua*: de quo, hoc capite agitur: *Quod ſit motuum prima*, de quo caput 9. eſt inſtitutum. Sed antequam rem aggreditur Epitomicus: lationem diuidit in rectam, mixtam, circularem. Elegantior & logica magis eſſet διχοτομία: in lationem ſimplicẽ & mixtam: Simplicis poſtea in rectam & circularem. Sed logica nõ curetur. *Sola latio circularis eſſe continua demonſtratur: quod reliquæ lationis ſpecies continuæ eſſe non poſſunt.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Mixta ex ſimplicibus dependet.

Recta non poteſt eſſe continua, quod ſit intra terminos contrarios, ideoq; ut reflectatur neceſſe eſt.

Sed quare Epitomice, motus lapidis ſurſum non eſt cōtinuus? Quid eius continuitatem impediuit? Non uideo quid reſpondebis, niſi quod continuus non ſit dicendus, quia ad finē peruenit, in quo aut quieſcit, aut retrogreditur. Iam ſcio. Motus continuus eſt ſempiternus, qualis in latione recta eſſe non poteſt. At Deus talem æternitatem, aut ſempiternitatem rebus naturalibus pręripuit: Quam tamen tu, tuuſq; magiſter eis attribuere ſuſtinetis. Id etſi tu uerbis diſertè non exprimas: tamen uerba id ſignificant. Platonis Phyſica doctior eſt: nō modo nullam reflexionem, ſed nullam mutationem eſſe perpetuam.

IN CAPVT IX. LIB. VIII.

SEquitur, quod motio circularis ſit prima. *Tribus autem de cauſsis iudicatur motio circularis reliquis prior.*

1. *Quia omne perfectum atque ſimplex, priùs eſt imperfecto atque compoſito. Ex quo concluditur quod circularis ſit prior recto, quia perfectior eſt.*

Sed paulò diligentius examinandum argumentum eſt.

Pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Propoſitio tanquam Apollinis reſponſum uera ab Epitomico putatur. Sed fallitur: & ſecum alios ſeducit quamplurimos. Quis enim crediderit *perfecta imperfectis eſſe priora*? cùm omnia, quæ natura conſtant, à paruis initijs profecta, paulatim augeantur, donec perfectionem & abſolutionem, quã priorẽ ponit Epitomicus, nanciſcãtur. Meritò igitur hic ſuſpectus mihi eſt Epitomicus, quam ſuſpicionem tum primũ mihi ademerit, cùm quæ profert inductione, aut experientia ſtabiliuerit.

Aſſumptio, ita deſtructa propoſitione falſa, nihil efficit. Ac ut maximè bona eſſet propoſitio, tamen principium & theſin ſolam petit: *Motum rectum non eſſe perfectum, quia fiat ſuper linea recta, in qua eſt quies uel terminus.* Roboris & firmamenti hîc nihil eſt: *quod perfectus non ſit motus, qui ad quietem ſeu terminum peruenit.* Certè maximè perfectus diceretur, quia qđ facere inſtituit, iam perfecit.

Ramus unicum hoc capite argumẽtum Ariſtoteli obijcit, quod in hac controuerſia palmam obtinere Epitomicus ſilentio ſignificauit. Argumentum illud tibi etiam obiectum puta Lieblere. Sic autem habet:

Rotundum fit ope recti: Ergo rectũ præceſsit, unde rotundum factum eſt: non con

trà. Quòd inde conſtat: quia nulla dabitur figura circularis cuius pars aliqua prius nõ fuerat recta: ut in principio circulorum formãdorum uideri poteſt. Omnis enim peripheria conuerſione rectæ, ſphæra conuerſione ſemicirculi efficitur.

II. *Cauſſa, quare circularis latio ſit prima, ab æqualitate ſumitur. Rectus enim motus, quod finem & principium habet, æquabilis non eſt: ſed ſola circularis eſt æquabilis.*

At doctrina hęc de lationis circularis æquabilitate, rectæ inæquabilitate, ad doctrinam cap.5.lib.4. falſa eſt: ubi indifferenter æquabilitas & inæquabilitas omnibus motibus attribuebatur. Verba ſic habent. Et æquabilitas & inæquabilitas in omnib. motibus. Et quid cauſſæ eſt, quod recta magis quam circularis latio ſit inæquabilis? Vtriusq; eadem opinor ratio eſt. Nam ſi in animalibus depræhendantur: rei mobili non ipſi motui ſunt aſcribenda. Exemplũ quoque Phyſicum deſidero, ex quo appareat, *in recta linea principio motum eſſe tardiorem: in fine uelociorem, in mouentibus naturaliter.* Magnifica quædam te exhalantem uerba audio, rerũ Phyſicarũ nihil. Ariſtoteles capite ſequente ab hac ſententia diſcedit, docens ea quæ motori proxima ſunt, celerius moueri. Vos duos cõmitto, ut poteſtis, pacem inter

uos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

uos confirmate. Poteram tibi etiam exprobrare, hanc motus anomaliam, tam in circulis quam linea recta, alterius eſſe diſciplinę: ſed ſcripti habenda ratio eſt, ne in immenſum opus excreſcat.

Tertia cauſſa, ut primus motuum ſit circularis, à Philoſophorum emendicatur ſuffragijs: cũ de ſuis argumentis Epitomicus iam deſperauerit. Quid emendicata uoco ſuffragia? Næ Phyſicus noſter nolentes, & inuitos ad teſtimonia perhibenda ui cogit: eaq; ad putre ſuũ ſalſamentum tanquam origanum ſubordinat: ſed eadem fide qua plurima ſunt ab ipſo compilata & conſuta. Quòd ſi uerba Philoſophorum citaret: palàm ſtatim fieret: eum fucum facere imperito & credulo lectori. Sed eſto, ut ſint in hac ſententia ueteres quã illis Epitomicus attribuit & deſignauit, nihil tamen illi de motuum principatu contendenti proderint. Cùm concretio, ſecretio, anima, ad motum circularem nihil ſpectent.

Atq; ita à primo motore ad motum digreſsio facta eſt, redeũdum ad motoré eſt.

IN CAPVT X. LIB. VIII.

AD quem laboribus, periculis, & induſtria contendimus portum, ferè peruenimus. Perſiſtite igitur optimi

commilitones, & huius etiam capitis moleſtias deuorate. Sic hæ Epitomici nugæ ſub Phyſicæ nomine diuenditæ, diutiùs uobis non erunt moleſtæ, neque cruces figent.

Phyſica autem præſentis capitis eſt: *Primum motorem eſſe incorporeum, omniſq; partitionis expertem.* Quod ueriſsima ratione docendum ſibi, iudicat Epitomicus, *propter eos, qui Deum non primum motorem: ſed compoſitum quoddam corporeum ſibi perſuaſerunt, cui neutiquam primi motoris officiũ et munus deferetur.* At profectò ſacrarum literarum profeſſoribus incumbit hic labor, ut anthropomophitas, & Philoſophos Deum corporeũ ſtatuentes, impugnent & refutent. Phyſicum res ſenſiles tractare legitimum eſt.

Veruntamen quomodo theſis hæc diſputetur, audiamus. Fundamenta illi per tres hypotheſes apponuntur. 1. *eſt, motorem finitum non poſſe mouere tempore infinito.*

Apponit ex hac hypotheſi Ramus: Cœlum eſt finitum: ergo non mouet cætera ſibi ſubiecta infinito tẽpore. Vt ex hac hypotheſi ueriſsima, tota acroaſis de mundi æternitate ex motus æternitate euertatur.

Adcurrit ad extinguendum hunc ignem Epitomicus, inquiens: *uerum quidem eſſe cœlum, ut finitum non poſſe mouere aut moueri tempo-*

re infinito, niſi quatenus ab infinito dependeat principio.

At docte Logice, omnia à Deo creata, ab infinito dependent principio, & prouidentia diuina infinita ſuſtentantur: ſunt ne igitur eadem lege æterna? Cùm ab infinito ut cœlum dependeant principio: non magis ſine ſcelere poterit illis æternitas adimi quā cœlo. De hac mea cōſequentia quicquid libuerit pronuncia: & idem in tua ſolutione uerum erit: tuamq; ſolutionem, & meam conſequentiam uno ore & iudicio aut condemnabis, aut approbabis.

II. *Hypotheſis eſt. Finiti corporis potentiam non eſſe infinitam.*

Apponit Ramus. Cœlū eſt finitū: corpus ergo nō eſt infinitæ potentiæ. Nec ſempiterno rerum ortui & interitui ſufficiet.

Lieblerus hoc argumentum ſolutione non dignatur, ſed priorem hûc adduci iubet. Cuius exemplo, ego ad eundū morbum curandum idem adfero remedium.

III *Hypotheſis eſt: in infinito corpore non eſſe potētiā finitā.* Verū hæc nihil ad demōſtrationē attinet: ſed eo ſolū nomine addita eſt: quod ad primam ἀντιστροφὴ ſit.

Tandem concludit Epitomicus Phyſicam epitomen: *primum motorem expertem eſſe magnitudinis.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Equidem hanc concluſionem ut piam amplectar, ſed ex hiſce propoſitionib. minimè extructam. Et rectè ſanè meo iudicio properat Epitomicus: dũ neglecta demonſtratione & pluribus in hoc capite quæſtionibus inutilibus & falſis, ſuę Epitomæ extremam manum imponit.

Quòd cum in Epitomico commendem: mihi ſimiliter curæ erit: ut eiuſdem laudis fiam particeps: ac meis ſcholis finem imponam. Perſuaſum enim habeo, te Lector candide, qui huius inter epitomen Liebleri & leges bonarum artiũ controuerſię decretus palęmon & Ariſtarchus ęs, quod uterq; pro ſe attulerit, cognouiſſe. Verùm ſi tibi aliquid effluxit, ſummatim tibi, id in memoriam redigere enitar.

Reprǽhendunt itaq; leges auguſtę in Epitome, logicis legibus liberrima & ſolutiſsima: unitatem Parmenidis: mentem Anaxagoræ: ſpecies & Ideas Platonicas derideri. Deum è mundo & rebus Phyſicis tolli: aut ita alligari, ut forma & actionibus ſibi ab Ariſtotele & eius Epitomico relictis, contentus eſſe iubeatur. In locum horum principiorum ſubſtituuntur materia & forma: non quidem ſenſilia, ſed omni motu, quantitate, qualitate deſtituta: quæ ſolo mentis acumine imaginari licet. Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

quia ne hæc quidem principia ad compoſitiones rerum ſufficiunt: accedit priuatio, cui plus, quam formæ, uirium in rebus cõponendis & cõſtituendis deſignatur. Imò penes eam rerum compoſitio & diſſolutio tota reſidet.

Hæc eſt primi libri, de cauſsis, materia, forma, priuatione, diſputatio logica.

Liber ſecundus, eandẽ rem, nempe cauſſas rerum naturalium repetit. Sed occultatas naturæ nomine, ut faciliùs eò imperitioribus fumus uenderetur. Sed æquiſsime iudex, lector beneuole, hæc'ne eſt librorum Phyſicorum materia Phyſica?

Non minus cenſoria uirgula dignum eſt: quod libro 3. definitione uitioſa motus eſt definitus. Quòd uitiosè nunc in tria, nunc in quatuor, nunc in plura genera deſtributus ſit. Iam ludebatur in uocabulo motus: quòd idem eſſet cum mutatione: mox plurimis notis à ſeinuicem diſterminabantur. Ex quo fundamento proceſſerunt infinitas, æternitas motus & magnitudinis, creatum Theologorum mundum deſtruentia.

Quarto libro, locus & uacuum aduerſus Platonis διάστημα ſimilibus ſophiſmatis extruuntur. Sæpè tamen interea ex illa magnitudinis infinitate, infinitas motus & tẽporis concluſa eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Quinto & 6.libris, motui maiores copię & firmaméta coguntˀ & parantˀ. Sed dũ Epitomicus omnia proprio iudicio facit: propriorum cõſiliorum amore labitur: telamq́ue priorem retexit. Non enim, quod tamen ei propoſitum fuit, aliter defenditur: non alia definitione cingitur: ſed primis & primarijs generibus tanquam milite ſelecto ſpoliatur: in cuius locum, logicam quandam de oppoſitione & unitate recipit. Tandemq́; ex uno Lernææ infinitatis capite, quinque capita nata ſunt: Infinitas motus, mobilis, temporis, ſtatus, quietis. Quàm prodiga hæc eſt noſtri Phyſici liberalitas, qua rebus propemodum cunctis, infinitas donatur.

Reliqui duo libri ad æternitatem conſtabiliendam & conſeruandam ſunt excogitati. In quibus tamen, tam procul à ſcopo aberratur: ut quid ſibi uelint: quid doceãt: quo pacto ad Phyſicã deuenerint, nódũ inter interpretes tranſactũ ſit. Imprimis uerò ſeptimus qui neq; cominus, neq; eminùs hũc ſpectat. Quæſtiones habet quaſdã hoc loco peregrinas, partim ex præcedentibus libris deſumptas, partim ad librum octauum uiam ſternentes. Octauus autem liber, logicam quandam de motu complectitur: quod ſit æternus, quod ſit cótinuus.

Ali-

Aliquot tamen eius capita ſunt de primo motore: ſed ſine logica,& inuitis artium legibus.

Atq; hæc eſt VIII librorum noſtri Epitomici Phyſica: cui me quantũ in hac iuuenili ætate ex mandato legũ auguſtarũ, fieri potuit,oppoſui.Dolet mihi,medius fidius, hæc in Scholis doceri, approbari, & iuuenum animis,tanquam Dei firmiſsimũ uerbum infigi:Summorum uirorum autoritatibus comprobari: comprobata ab incautioribus retineri. Hæc,inquam,me cruciant. Hæc me ad refellendas haſce nugas adegerunt.

Tuum nunc eſt,beneuole lector,methodicis legibus ante oculos conſtitutis, rectum de hac noſtra contentione iudicium facere. Quod ut legitimè fiat, præiudicio de Epitomico depoſito, logicus liber, & Philoſopho dignus animus ſumendus eſt. Argumenta argumentis:non perſonę perſonis comparari debent. Meam ſiquidem infantiam eius ſenili prudentiæ longè inferiorem agnoſco. Tali animo, ſi ad cognoſcendam noſtram controuerſiam aggreſſus fueris: inuenies in hiſce octo libris elenchos quamplurimos. Contra methodicas leges inuenies tautologias uanas: repręhenſiones iniquas:decreta falſa &in-

ordi-

ordinatè diſpoſita. Quod poſtquam diligenti meditatione perſpexeris: ſolicitum te poſthâc decet eſſe de artibus cõmodioribus, & fructuoſioribus, tibi addiſcendis, alijsq́; proponendis. Sed huius inſtituti non eſt, de liberorum inſtitutione copioſè uerba facere. Vnum monebo, quæ Ramo Phyſica placeat, cùm Ariſtotelis hoſce libros acroamaticos tantopere inſectatus fuerit. Quid autẽ, in hac parte, conſilij det, ipſemet apertiſsimè in fine harum Scholarũ exponens, inquit. Primũ naturæ corpus in cœlo eſt. Reliqua deinceps in meteoris, metallis, herbis, arboribus, piſcib9, auibus, pecudibus, hominibus, &c. Harũ rerũ Phyſica ingenua eſt, & nobilis: ingenuis & nobilibus ingenijs digna. Miſsis itaq; quęstionib. inutilibus & ſophiſmatis, hûc ingenia, & uigilię ſunt cõuertenda: ueraq́; hæc & ſolida Phyſica cognoſcenda. Ad hoc prudentiſsimum Rameum de rebus Phyſicis iudicium, adiungunt ſe noſtrorum temporum Philoſophi, & medici quàmplurimi. Quorum tamen nomina, ne eorũ auribus hoc dare uidear, de induſtria relinquo. Quid uerbis opus eſt? Res ipſa palàm facit, præcipuam medicorum familiam identidem hanc perſonare ſententiam: non eſſe in ſubtilibus quæſtionibus retardanda ingenia,

genia, ſed res ipſas in manus ſumẽdas, conſcendendos montes, redimendos carbones, diuenditis ſi neceſsitas poſtulauerit libris, ſicque perueniri ad ſapientiam: aliter nõ: qua ſapientia Phyſica poſtea, in infenſis noſtris corporibus morbis, utendum eſt.

Deus naturæ & Phyſicæ autor, omnis bonitatis fons & largitor: præſtantium uirorum ſtudia & conatus, etiam in hac ſuæ laudis parte, promoueat: ut tandem penitiùs, quàm à corticibus res naturales agnoſcamus.

VERITAS ODIVM PARIT.

FINIS.

IN

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

In Symbolum M. An-dreæ Kragij:

VERITAS ODIVM PARIT:

EPIGRAMMA.

Multi hominum blandis fallunt ſermonibus aures:
Ac quocunq; uolunt credula corda trahunt.
Expugnantur enim mortalia pectora dulci
Obſequio: & cunctis mollia uerba placent.
At quibus eſt ueri ſtudium, & mens neſcia fraudis,
Vexantur rabidæ dentibus inuidiæ.
Multorum applauſus ficti candoris imago
Inueniet. uerax lingua fauore caret.
Te tamen haud poſſint odia aſpera uincere, docte
ANDREA, *inceptum quin gradiaris iter.*
Nec mentem frangat morſu rabioſus edaci
Liuor: Pierio res inimica choro.
Perge, bonis auibus, cauſſarum exquirere fontes:
Vt monſtres Phyſicen dexteriore uia.
Exurgent multi, fateor, qui fortibus armis
Militiæ oppugnent prima trophæa tuæ.
Ne metuas. ueri potius munimine fretus,
Patronus cauſſæ, ſis maneasq;, bonæ.
Sic tibi præcipuos Phœbæo ex ordine ciues,
Me niſi mens fallit, conciliaſſe queas.

Iohannes Paludanus
Coldingius.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

156

BASILEAE,
PER SEBASTIANVM HENRICPETRI ANNO SALVTIS NOSTRÆ INSTAVRATÆ, CIↃ. IↃ.XXCII. MENSE MARTIO.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

2346.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)

2346.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2346 8° (LN 1016 8° copy 2)